EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 6. 16.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOACHIMI LANGII

TIROCINIUM DIALOGICUM,

Continens

CENTURIAM COLLOQUIORUM, ENUCLEATUM

A

J. M. SPIES.

ET INIMICI JUVANT.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Apud FRANCISCUM VARRENTRAPP.
M D CC XXXIX.

JOACHIMI LANGII

TIROCINIUM DIALOGICUM,

Continens

CENTURIAM COLLOQUIORUM, ENUCLEATUM

A

J. M. SPIES.

ET INIMICI JUVANT.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Apud FRANCISCUM VARRENTRAPP.
M D CC XXXIX.

Denen

INFERIORIBUS

der

Lateinischen Schule

zu

Bergzabern

dedicirt

Diese, zu ihrem besondern Nutzen

verfertigte

Arbeit

der

AUCTOR.

Geneigter Leser!

SO viel ich mich zu erinnern weiß, sind Langii Colloquia zu zweyenmahlen, zu Giesen nemlich, und Tübingen mit teutschen Notis durch den Druck ans Tages Licht gebracht worden. Ob zwar an der Illustrirung selbsten ich nichts auszusetzen habe; finde ich doch noch vieles vor die Anfänger in der Lateinischen Sprache (zu welcher Methode und Anführung eine besondere Gabe GOttes erfordert wird) zu erinnern. Es ist bekandt, daß die Ellipses und Participal-Constructiones einen jeden Auctorem, er scheine so leicht er wolle, schwer machen: Will sichs also gebühren, der lieben Jugend damit aufs deutlichste zu begegnen. Wann nun in oben gedachten Editionibus diese zwey Haupt-Stück, nebst andern vielfältig vorkommenden Observationibus aus der Grammatic jedesmal desideriret werden, habe ich nicht umhin gekönnt, dieses alles aufs leichteste zu resolviren. Zweytens finden sich die schwere Vocabula und Verba, wie sie à Nominativo oder in Præsente haben, zwar nach ihrer rechten Bedeutung, die sich hieher schickt, durch den Druck unterschieden, nebst denen Phrasibus accurat aufgezeichnet, ohne deren Wissen ein Anfänger das Wort, wie ers vor sich stehen siehet, im Lexico zu finden meinet,

dadurch zuweilen nicht nur eine falsche Interpretation heraus kommt, sondern auch der Knab durch vergebliches Aufschlagen nur verdrießlich gemacht wird. Drittens, habe ich alle vorkommende Philologica, & Moralia, nicht nur ad Tironum captum attemperata, sondern auch wann sie zu schweren Lectionen gelangen ihren Nutzen darin finden werden, mit allem Fleiß zu zeigen, vor nöthig erachtet. Niemand bilde sich ein, dieses Tirocinium Dialogicum sey an allen Orten ad discipulorum captum eingerichtet; vielmehr glaube ich, der Hr. Auctor habe durch die viele flosculos & elegantias seine Erudition studiô zuerkeñen geben wollen; woran auch manch geübter zu kauen haben wird. Wann unter andern in Decuriæ tertiæ Colloquio primo diese Redens-Art: jugum enim dicitur detrectari, & non detrectari, vorkommt, (ejusmodi scopuli plerumque prænavigari solent) wird wahr gemacht, was ich so eben angezogen. Vor dißmahl habe ich sie ohnerörtert wollen stehen lassen, vielleicht sehe ichs, doch in ihrem rechten Verstand, von einem andern; wo nicht, soll dieser Sentenz in der 2ten Auflage nicht ausbleiben. Was ich sonsten mit dieser geringen Schul-Arbeit sagen will, ist, daß ich denen Tironibus latinæ linguæ den kürtzesten Weg damit habe zeigen wollen. Ich hoffe auch zu GOtt, es werde dieses Vorhaben ohne Nutzen nicht abgehen. Will nun ein unzeitiger Splitter-Richter dieses Büchlein mit Verheissung es besser zu machen, tadlen, kan ichs geschehen lassen. Mir ist genug, daß ichs mit meinen Informationibus treu und redlich meyne. Lebe wohl.

Bergzabern, den 1. Jan. 1739.

JOH. LANGII
COLLOQUIORUM LATINORUM,
Decuria prima.
De rebus matutinis.

JOACHIMUS & CHRISTIANUS.
De Salutatione.

J. Salve, 1) mi Christiane! *C.* Ago gratias: 2) tu quoque salvus sis, 3) Joachime! *J.* Non est, 4) quod agas. *C.* Cur ergo salutas? 5) *J.* Cur tu resalutas? 6) *C.* Ex usu 7) & vulgari consuetudine. *J.* Quid consuetudo? Animum requirit salutatio. 8) *C.* Qualem 9) vero? *J.* Meliorem tuo, 10) hoc est, sincerum, qui, quæ agit, ex Affectu agat, non ex sola consuetudine. *C.* Verum est: erravi, 11) & agnosco errorem 12) meum. *J.* Recte quidem; nam *erroris agnitio est dimidia emendatio.*

NOTÆ.

1) Sey gegrüsset! guten Tag! willkomm! plur. salvete! verb. defect. 2.) ago gratias sc. tibi. Notent pueri, *gratias agere*, fieri verbis, Danck sagen: *gratiam habere*, fieri animo, Danck wissen: *gratiam referre*, fieri re ipsa, Danck wieder vergelten. 3.) Salvus sis, hoc est, salve. 4.) Non est, vel nihil est, elegantia Ciceronis, pro, *non est opus*, effertur, es ist unvonnöthen, non est opus, quod agas sc. gratias, es ist nicht noth[illegible], daß du danckest; du hast nicht Ursach zu dancken. q. d. Non est opus, quod mihi gratias agas. 5) sc. me. 6) sc. me. 7) von wegen

dem

dem Gebrauch, und gemeiner Gewohnheit. 8) Beym grüssen muß ein gut Hertz seyn. 9) sc. animum requirit salutatio 10) Sc. animum, quam tuus est, requirit salutatio. 11) errare h.l. fehlen. 12) Fehler.

VOCABULA.

Res, rei, 5. f. ein Ding, Sach.
Matutinus, Adj. was Morgens früh geschicht. Subst. m. Der Morgen. matutinò Adv. Morgens in aller fruh.
Salutatio, onis, 3. f. der Gruß.
mi, à nom. meus, a, um, Pron. Pass. mein.
Ago, egi, actum, 3. ich thue, ich sage.
Gratia, æ, 1. f. Gunst, Gnad, Danck für die Wohlthat. Gratia Dei, GOttes Gnad.
Quoque adv. auch.
Cur ergo, warum dann?
Resaluto, avi, atum, 1. ich grüsse wieder, ich dancke.
Usus, usus, 4. m. der Gebrauch.
Vulgaris, e, gemein. Adj.
Consuetudo, inis, 3. f. Gewohnheit.
Animus, i, 2. m. das Gemuth, gut Hertz.
Requiro, sivi, itum, 3. erfordern.
Qualis, e, welcherley, was für, Adj.
Affectus, us, 4. m. Gemüths-Trieb, Liebe.
Bonus, melior, optimus. Adj. gut.
Solus, a, um, Adj. allein.
Verus, a, um, Adj. wahr.
Agnosco, ovi, itum, 3. erkennen.
Erro, avi, atum, 1. ich irre, fehle.
Error, oris, 3. m. Irthum, Fehler.
Agnitio, onis, 3. f. die Erkantnuß.
Dimidius, a, um, Adj. halb.
Emendatio, onis, 3. f. Besserung.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Joachimus* nomen Auctoris, significat *Resurrectionem Domini.* Quibus hoc nomen est inditum, illi probè expendant dictum Pauli Ephes. 2, 5. 6. & Christi, Joh. 11, 25.

2. *Sala-*

2. *Salutatio* fit, cum homines primo congressu se mutuó salutant.

3. *Sincerus*, Adj. (quasi sine cera, ut mel purum: vel sine cariè) aufrichtig, ungefälscht.

4. *Avimus* est, qui cupit & appetit.

II.

De surgendi tempore.

J. Heus! heus! Christiane, expergiscere! 1) tempus instat 2) eundi in scholam: audisne? *C.* Non audio. *J.* Ubi ergo habes aures? 3) *C.* In lecto ac somno. 4) *J.* Quid loqueris? inepte. *C.* Non ineptio, 5) sed dormio. *J.* Ineptis sanè, ac argutaris vigilans de somno. *C.* Certe dormio, si non auribus, tamen oculis, imo & animo. 6) saltem 7) dormire volo. *J.* Nunc autem non est tempus dormiendi, sed surgendi. *C.* Mitte me 8) qui fessus sum: quid me turbas? 9) *J.* Non te mitto, nisi reliqueris nidum calefactum: 10) nam audita est hora septima. 11) *C.* septima? 12) surgam. *J.* Imo surge. Nam *aurora musis* amica, 13) imo aurea est.

NOTÆ.

1) Expergiscere, wache auf! 2) die Zeit ist da, vorhanden, es ist Zeit. 3) sc. tuas. 4) sc. habeo aures meas. 5) sc. talia loquendo, albere Dinge reden, thun, Narren-Possen treiben. 6) Ja auch mit dem Gemüth. 7) Zum wenigsten. 8) Missum fac, laß mich mit frieden, laß mich gehen. *Missum, missam, missos, missas, missa facere*, nota phrasis accommodatur omnibus generibus ac numeris. 9) Inquietas, beunruhigest. 10) Nisi è lecto calido surrexeris. Nidus calefactus, das warme Nest. 11) Es hat sieben Uhr geschlagen. 12) q. d. an hora septima audita est? 13) Morgenstund hat (Gold / GOtt) im Mund.

VOCABULA.

Surgo, rexi, rectum, 3. aufstehen.
Tempus, oris, 3. n. die Zeit.
Heus! heus! Adv. vocantis, höre! höre!
Expergiscor, experrectus sum, 3. erwachen.
à Cieo, ere, civi, citum, & cio, cire, erregen, erwecken.
Insto, stiti, stitum, instare, 1. vorhanden seyn.
Eo, ivi, itum, ire, 4. gehen.
Auris, is, 3. f. das Ohr.
Lectus, i. m. 2. das Bett.
Somnus i. 2. m. der Schlaff.
Loquor, cutus sum, 3. reden.
Ineptus, Adj. ungeschickt.
Argutari, 1. dep. viel schwätzen, plaudern.
Vigilo, avi, atum, 1. wachen.
Certè, Adv. gewißlich.
Oculus, i. 2. m. das Aug.
Dormio, ivi, itum, 4. schlaffen.
Fessus, Adj. müde, matt.
Relinquo, liqui, lictum, 3. verlassen.
Hora, æ, 1. f. die Stund.
Septimus, a, um, Adj. der siebende.
Musæ, arum, pl. f. 1. die freye Künste.
Amicus, Adj. lieblich, günstig. 2. Subst. ein Freund,
Amica, Freundin.
Aurora, æ, 1. f. die Morgen-Zeit, Morgen-Röthe.
Aureus, a, um, Adj. gantz gülden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Schola*, Σχολὴ, ita dicitur ludus literarius, & ipse est locus, ubi artes humaniores docentur. Hodiè *schola* usitatè dicitur: *Cœtus docentium & discentium linguas, sapientiam & virtutem*, vel ab *otio* honesto, & *voluptate* in docendo, vel à *vacando*.

Est enim Σχολὴ (vel à χέω, & ὅλος, quia totum hominem occupat, habet, exercet) *vocatio*, otium, nimirum à laboribus mechanicis: *Nam in schola*, inquit

Jesui-

Jesuita Pontanus Vol. 1. Progymnasm. Dial. 4. *à cæteris negotiis omnibus vacui atque liberi unis tantum studiis impertiri nos debemus.*

2.) *Aurora Musis amica.* Causa est, *quod*, ut loquitur Erasmus Colloq. de diluculo, *matutinis horis homo totus est homo, dum habile est ad omne ministerium corpus, dum alacer viget animus, dum omnia mentis organa tranquilla sunt ac serena, dum auræ divinæ*, ut ait ille, *particula spirat, ac sapit originem suam & rapitur ad honesta.*

Horat. Sat. 2. lib. 2. - - - *Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una, Atque affigit humo divinæ particulam auræ*, i. e. animam, divinæ mentis partem, seu divini spiritus participem.

III.

Aliud 1) ejusdem Argumenti.

J. Surgamus, 2) Christiane, surgamus! *C.* Bene mones, *Joachime*, surgam. *J.* Utinam ad 3) votum Apostoli Pauli! *C.* Quale illud est? 4) *J.* *Ut evigilemus Spiritu, & surgamus è lecto somnoque peccatorum.* *C.* Memini adhuc, quod heri in schola hac de re audivi. *J.* *Meminisse laudabile est, sed præstare laudabilius.* *C.* Præstabimus ergo. 6) *J.* Utique, sed juvante Deo; 7) quippe qui dixit; 8) Sine me nihil potestis, nihil valetis.

NOTÆ.

1.) Sc. Colloquium. 2.) Laßt uns aufstehen, est modus permissivus. 3) Secundum, nach. 4) sc. votum. 5) Præstare aliquid, etwas in der That leisten; würcklich thun. 6) Wir wollen es dann beobachten, thun. 7) Mit GOtt, mit GOttes Hülffe. 8) Joh. 15, 5.

VOCABULA.

Alius, a, Adj. ein anderer.

Idem, eadem, idem, Pron. eben derselbe.
Argumentum, i, 2. n. Beweiß, Inhalt.
Utinam, Adv. optandi, wolte GOtt! ach daß!
Votum, i. 2. n. der Wunsch.
Apostolus, i. 2. m. ein Apostel.
Evigilo, avi, atum, 1. aufwachen.
Spiritus, us, 4. m. der Geist.
Peccatum, i. 2. n. die Sünde.
Memini, def. isse, ingedenck seyn.
Laudabilis, e, löblich.
Utique, Adv. freylich.
Juvo, vi, utum, 1. helffen.
Quippe, Adv. sintemal.
Valeo, ui, lere, 2. vermögen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Juvante Deo*; Elegans formula ex participio, aut *Deo bene juvante*, vel: quando, dum, si Deus juvabit, futurus erit.

IV.

De induendis vestibus. 1)

J. Quid stas, cessator, 2) indue te. *C.* Non habeo tunicam meam. *J.* Ubinam eam 3) heri reposuisti? *C.* Nescio. *J.* Male quidem: 4) id enim scire debebas: 5) meam 6) ubi colloco, ibi invenio. *C.* Nec meam 7) arbitror furto esse ablatam: 8) inveniam, quod amissum est. *J.* Sed ubi, 9) nonne sub scamno, 10) aut fornace! *C.* Quid tum? 11) sufficit invenire. *J.* Non sufficit; *certus ac conveniens locus debetur vestibus.* 12) *C.* Ecce hic est tunica mea, ibi sunt calcei, illic tibialia. *J.* Arripe, 13) indue, 14) propera, non habet mora locum: 15) statim accedet 16) mater aut ancilla, quæ pectat capillos, primum raro, deinde denso pectine.

Notæ.

Notæ.

1.) i. e. quæ indui debent. 2) Zauberer. 3) tunicam tuam. 4) sc. à te factum est. 5) sc. ubi, vel quo loco tunicam reposueris. 6) tunicam. 7) tunicam. 8) i. e. quod furto ablata sit tunica. 9) i. e. in quo loco? 10) Gelt unter der Banck? 11) was ist dann mehr? 12) i. e. vestes loco suo debent reponi, vel, sunt reponendæ: nam quidque loco suo (vel, omnia) collocandum est (vel, collocanda sunt) einen gewissen Ort, der sich vor die Kleider schickt, soll man halten. 13) vestes. 14) te. 15) non est tempus morandi sive cunctandi. 16) veniet.

Vocabula.

Induo, ui, utum, 3. anthun.
Vestis, is, 3. f. ein Kleid.
Sto, steti, statum, 1. stehen.
Tunica, æ, 1. f. der Rock.
Repono, sui, situm, 3. aufheben, hinlegen.
Nescio, scivi, scitum, 4. nicht wissen.
Male, Adv. böß, übel.
Scio, scivi, scitum, 4. wissen.
Debeo, ui, itum, 2. ich soll, muß.
Colloco, avi, atum, 1. setzen, legen.
Invenio, ni, tum, 4. ich finde.
Arbitror, atus sum, 1. Dep. ich halte dafür.
Furto aliquid auferre, etwas stehlen.
Furtum, i. 2. n. der Diebstahl.
Aufero, abstuli, ablatum, auferro, hinwegnehmen.
Amitto, si, ssum, 3. verliehren.
Ubi, Adv. wo.
Fornax, acis, f. 3. der Ofen.
Sufficere, genug seyn.
Conveniens, Adj. was sich reimt, schickt.
Ecce, Adv. siehe.
Calceus, i, 2. m. der Schuh.
Tibiale, is, 3. n. der Strumpff.
Arripio, pui, reptum, 3. ergreiffen, hinnehmen.
Propero, avi, atum, 1. eilen.

Mora, æ, 1. f. Weile, Verzug.
Statim, Adv. alsbald.
Accedo, di, ssum, 3. herbeytretten.
Ancilla, æ, 1. f. die Magd.
Pecto, xui & xi-xum-ctere, 3. kämmen.
Capillus, i. 2. m. das Haupt-Haar.
Pecten rarus, der weite Kamm.
Pecten densus, der enge Kamm.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1 *Quid tum?* In hac loquendi formula *Tum*, pro *deinde, postea* sc. ponitur.

2. *Capillus* non de hominibus tantum, sed & de pilis brutorum usurpatur.

V.

Aliud ejusdem Argumenti.

J. Tenesne 1) dicta sacra, 2) quæ hodie recitanda sunt? 3) *C* Quænam? 4) *J.* O te obliviosum, 5) nonne recordaris monitum Præceptoris? 6) *C.* Quale? 7) non recordor. *J.* Ergo recitabo tibi, 8) & quidem prius: 9) *Quotquot baptizati, seu sacro baptismate Christo consecrati estis, Christum induistis.* Posterius: 10) *Induite novum hominem, qui* &c. sed reliqua 11) nondum teneo, discam autem statim. *C.* Discam & ego. *J.* Utinam vero ad votum 12) Præceptoris, imo Pauli ac ipsius Dei! *C.* Quorsum illud? 13) *J.* Ut de induendo Christo 14) serio cogitemus, quoties vestes induimus corpori. *C.* Cogitabimus sane. *J.* Sed seriò ac sincerè. Certe stolâ 15) justitiæ, quam Christus donat animæ, nihil est decentius, nihil nobilius.

NOTÆ.

1) Nostine, intelligisne? weist du, verstehest du? *Ne* Advers

Adverbium est interrogandi, Indicativum regens. 2) Die Sprüche aus der Bibel. 3) sc. nobis in schola. Recitare hic significat auffsagen. 4) sc. dicta. 5) O! du Vergessener! 6) Erinnerst, oder gedenckest du nicht an die Ermahnung des Lehrmeisters! 7) sc. monitum, an was für eine Erinnerung. 8) sc. dicta. 9) sc. dictum, quod legitur ad Gal. 3, 27. 10) sc. dictum ad Ephes. 4, 24. 11.) sc. quæ sequuntur. 12) vel, secundum, vel, ex voto. Nota, barbarum esse, *juxta votum, voluntatem.* 13) Ad quem finem hoc dicis! worauf ziehlet das! was wilt du damit verstanden haben! 14) Et veteri homine exuendo. Evolve, & expende dicta, Ephes. 4, 22. 23. 24. Colo s. 3, 9. 10. Rom. 6, 3. 4. 15) Ordo est: Certe nihil est decentius, nihil nobilius, quam stola justitiæ, quam Christus donat Animæ.

VOCABULA.

Teneo, ui, ntum, ere, 2. halten, **verstehen.**

Sacer, sacra, sacrum, Adj. heilig.

Quinam, quænam, quodnam, Pron. **welcher?**

Obliviosus, a, um, Adj. vergessen.

Prior, m. f. prius, n. primus, Adj. **der eher kommt, der erste.**

Quotquot, **wie viel.**

Baptizo, avi, atum, 1. tauffen.

Sacro baptismate Christo consecrari, **durch die Heil.** Tauff Christo einverleibt werden.

Posterior, us, Comp. postremus, Superl. **der Zweyte, der Folgende.**

Reliquus, a, um, Adj. **übrig.**

Disco, didici, 3. lernen.

Statim, Adv. alsbald.

Cogito, avi, atum, 1. gedencken.

Induere vestes corpori, **die Kleider anlegen, anthun.**

Sincerè, ernstlich, treulich.

Stola, æ, 1. f. ein langes Kleid.

Justitia, æ, 1. f. die Gerechtigkeit.

Dono, avi, atum, 1. schencken.

Nihil est decentius, **es ist nichts anständigers.**

Nihil est nobilius, es ist nichts edelers.

 DICTIO-

Digitized by Google

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Stola*, στολὴ, vestis honesta Matronarum ad talos usque demissa,

VI.

Aliud ejusdem Materiæ.

P. Quando vides aut induis vestes, quid meministi præterea, 1) Christiane? C. Nihil memini, P. Itane 2) es immemor hesternæ lectionis? C. Cujus? 3) P. Sacræ, 4) quam tractavimus in Catechismo de imagine Dei. C. Memini, sed quid hoc ad vestes? 5) P. Permultum, 6) ut audivimus C. Quomodo autem? 7) P. Imago seu Conformitas 8) Dei data erat homini 9) pro veste. 10) Unde corpore incedebat nudus, sine pudore & sine incommodo. 11) Nam ornatus 12) animi etiam nudum corpus ornabat. C. Sed anne vestes nostræ hodie sunt, satis commodæ? P. Commodæ quidem sunt corpori, cujus nuditatem tegunt; animum vero non ornant. C. Nunc recordor monitum Præceptoris, dicentis, 17) Vestes esse signa 14. amissæ divinæ imaginis. P. Ergo *induamus Christum*, 15) *& in Christo totum virtutum habitum:* 16) Vestes autem corporis geramus non ad luxum, sed ad necessitatem.

NOTÆ.

1) Præter ea, quæ dicta sunt; 2) Itane (sciscitantis particula) hesternam lectionem oblitus es? erinnerst du dich dann gar nicht mehr der gestrigen Lection: 3) sc. lectionis. 4) sc. lectionis 5) subaudi attinet. Germanis: Was gehet das die Kleider an? Ita dicimus, quid ad te? quid ad me? quid ad nos? 6) Attinet ad vestes. 7) sc. attinet ad eas? 8) Gleichförmigkeit. 9) sc. Adamo & Evæ. 10) anstatt eines Kleids 11) Molestia, Beschwerde. 12) i. e.

Ima-

Imago Dei: quæ, quid sit, tradit Arndius Lib. 5. cap. 2. 13) qui dicebat. 14) quod vestes sint signa 15) Laßt uns derenthalben Christum anziehen, ic. fide vera, & vita sancta atque inculpata. 16) Quem descriptum vide Gal. 5, 20.

VOCABULA.

Materia, æ, 1. f. & es, ei, 5. f. eine Materie, woraus man etwas macht.
Immemor, Adj. uneingedenck, vergessen.
Tractare, verabhandeln.
Imago, inis, 3. f. das Bild.
Permultum, sehr viel.
Ut, Adv. wie.
Incedere, einhergehen.
Nudus, a, um, Adj. nackend.
Pudor, oris, 3. m. Scham.
Ornatus, us, 4 m. der Schmuck.
Orno, avi, atum, 1. zieren.
Commodus, a, um, Adj. bequem.
Nuditas, atis, 3. f. die Blöse.
Tego, xi, ctum, 3. bedecken.
Amitto, si, ssum, 3. verliehren.
Divinus, a, um, Adj. göttlich.
Gero, ssi, stum, 3. tragen, thun, verrichten.
Habitus, die Kleidung.
Luxus, Ubermaß in allerley Dingen, h. l. in Kleidern.
Necessitas, atis, 3. f. Nothdurfft.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Catechismus, seu Catechesis, est vox græca, κατήχησις, significans instructionem, quæ fiebat viva voce, vel ad pueros, vel Ethnicos adultos, antequam ad baptismum admitterentur: tradebantur autem illis elementa fidei & doctrinæ Christianæ, die Kinder-Lehr, von den Articulen des Christlichen Glaubens.

2. *Conformitas*, æquabilitas, suspecta mihi hæc vox est, ut & illa, unde deducta *conformis*, quam apud veteres sive puros Scriptores me legere non memini; producitur ex Onomast. Vet. *Conforme*, Σύμμορφον.

3. *Necessi-*

3. *Necessitatem.* Vere Erasmus Colloq. de Πτωχοπλουσ. Franciscan. *In veste tria spectanda sunt: Necessitas, usus & decorum.*

VII.

De Lotione.

J. Indutus sum, Christiane: ecce paratus sum! *C.* Unum vero tibi adhuc deest. *J.* Nihil certe: 1) dicas velim, 2) quodnam? 3) *C.* Lotio manuum ac faciei, 4) nunquam intermittenda. 5) *J.* Fateor, hanc mihi restare, 6) sed ob defectum aquæ. *C.* Puteus habet satis aquæ. *J.* Ego vero nihil. 7) *C.* Ecce Annam ancillam præsto: 8) roga, 9) ut hauriat, 10) & nobis afferat, quantum satis est. 11) *J.* Jam affert: 12) hem quantum aquæ! nimium est. *C.* Sed cave, 13) ne vestes conspergas. 14) *J.* Tu vero, 15) ne pelvim subvertas, ut heri, aut mantile superiore parte 16) indecenter fœdes, ut nudius tertius. C. Cavebo, & simul os meum aqua colluam.

NOTÆ.

1) Mihi deest. 2) sc. ut 3) mihi desit. 4) tibi deest. 5) quæ nunquam intermitti debet. 6) quod hæc lotio mihi restet, h. e. quod nondum manus & faciem laverim. 7) sc. habeo. 8) præsto, adv. loci, gegenwärtig, vorhanden. Ancilla præsto est, hier ist die Magd. 9) sc. eam. 10) sc. aquam. 11) soviel, biß genug ist. 12) aquam. 13) Vide, siehe zu. 14) aqua. 15) cave. 16) oben, am oberen Theil.

VOCABULA.

Lotio, onis, 3. f. das Waschen.
Desum, fui, esse, mangeln.
Facies, ei, 5. f. das Angesicht.
Nunquam, Adv. niemahls.

Inter-

Intermitto, si, ssum, 3. unterlassen.
Fateor, fassus sum, fateri, Dep. 2. bekennen.
Restare, übrig seyn.
Defectus, us, 4. m. der Mangel.
Puteus, ei, 2. m. der Zieh-Brunn.
Rogo, avi, atum, 1. bitten, fragen.
Haurio, si, stum, 4. schöpffen.
Affero, attuli, allatum, 3. mitbringen.
Hem, interjectio, factum demonstrantis, ey, siehe da!
Nimius, Adj. überflüßig, gar zu viel.
Caveo, vi, cautum, 2. sich hüten.
Vestis, is, 3. f. das Kleid.
Conspergo, si, sum, 3. bespritzen.
Pelvis, is, 3. f. ein Becken.
Subvertere, umwerffen, umstossen.
Mantile, is, 3. n. Handtuch.
Indecedenter, Adv. ungebührlich.
Fœdare, besudeln.
Nudius tertius, vor drey Tagen.
Colluere os aqua, das Maul mit Wasser ausspühlen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Ut* caussalis nonnunquam eleganter omissa est per ellipsin à Latinis scriptoribus. e. gr. Velim cogites. Cave dubites.

2. *Mantile* dicitur, quod in mensis ad manus tergendas adhibetur.

VIII.

Aliud ejusdem Materiæ.

J. Cujusnam rei signum est Lotio? 1) *C.* Sordium nostrarum. 2) *J.* Sed hæ 3) sunt variæ: aliæ corporis, 4) aliæ Animæ. *C.* Animum non video, nec sordes ejus cerno. *J.* Ergo cæcus es. *C.* Non cæcutio. 5) *J.* Cæcutis sane mente, & ipsa hæc cæcitas magna sordium tuarum pars est: habes 6) ergo, quod eluas. 7) *C.* Tune autem jam sa-

tis

tis mundus es? 8) *P.* Sum utique *sanguine Christi lavatus*, sed nihilominus *continuæ Lotionis indigus*. 9) Quæ subest ratio? 10) *P.* Quia tam *multæ sordes supersunt*, & quotidie novæ 11) contrahuntur in mente, non secus ac 12) in facie & manibus. *C.* Quid ergo prodest lavari, 13) si iterum inquinaris? 14) *P.* Permultum 15) sane: aliud etiam est, rursus inquinari delictis 16) levioribus, ex infirmitate 17) commissis; aliud per peccandi propositum 18) & consuetudinem instar *suis lotæ* 19) *ad volutabrum cœni redire*, 20) utrumque 21) tamen, præcipue posterius, 22) ut fideliter constanterque caveamus, sacris literis admonemur. *C.* Bene mones: rogabo Christum, qui discipulos suos lavit, 23) ut me quoque lavet & mundet 24) ab omni peccato.

NOTÆ.

1) Quid autem significat Lotio? Signum esse alicujus rei, etwas bedeuten, etwas anzeigen. 2) sc. Signum est, i. e. sordes sive peccata nostra. 3) sc. sordes. 4) Nimirum sordes sunt corporis, quæ illud inquinant. 5) Cœcus sum. 6) sc. sordes. 7) Quas eluas, sive aqua, sive pœnitentia. 8) mundus, a, um, Adj. rein. Mundus i, Subst. die Welt. 9) Lotionis assiduæ indigeo, ich bedarff immer gewaschen zu werden. 10) Was ist für eine Ursach darunter? 11) Sordes & maculas contrahimus. 12) Nicht anderst, als 13) ut laveris sive munderis: i. e. te laves & mundes. 14) maculeris, i. e. vitiis atque flagitiis te inquinas. 15) sc. prodest. 16) delictum leve, eine kleine Sünde, Verbrechen. 17) Sive imbecillitate humana: h. e. quæ ex infirmitate nostra committuntur, aut nos committimus. Verissime Thomas à Kempis de imitando Christo, Lib. 1. c. 25. *Majoris* inquit, *est laboris, resistere vitiis & animi perturbationibus quam corporis insudare laboribus. Et qui parva delicta non vitat, is paulatim*

latim labitur in majora. Conf. Jac. 1, 14. 15. 18) Hic prælegatur discipulis 1. Petr. 4, 1-6. 2. Pet. 2, v. 20. 21. 22. ut à peccandi proposito & consuetudine detineantur. 19) 2. Pet. 2, 22. 20) Nach der Schwemme wieder im Koth herum weltzen. 22. sc. ex proposito peccandi. 21) Videlicet ex infirmitate, & proposito atque ex consuetudine peccare. 22) sc. ex proposito peccare. 23) Joh. 13, 4-10. 24) Act. 15, 9. & 1. Joh. 1, 7.

VOCABULA.

Quisnam, quænam, quodnam. Pron. Interrog. wer? gen. cujusnam,
Sordes, ium, 3. f. Unflath.
Varius, a, um, Adj. mancherley.
Cæcutire, übel sehen.
Mens, tis, 3. f. das Gemüth.
Cerno, crevi, cretum, 3. sehen.
Eluo, lui, itum, 3. auswaschen.
Sanguis, inis, 3. m. das Blut.
Continuus, a, um, Adj. stets an einander.
Lotio, onis, 3. f. das Waschen.
Supersum, fui, esse, übrig seyn.
Contraho, axi, ctum, 3. zusammen ziehen.
Facies, ei, 5. f. das Angesicht.
Manus, us, f. 4. die Hand.
Prosum, fui, desse, nutzen.
Inquino, avi, atum, 1. besudeln.
Infirmitas, atis, 3. f. die Schwachheit.
Committere, begehen.
Consuetudo, inis, 3. f. die Gewohnheit.
Sus, suis, 3. f. die Sau.
Lavo, lavi, lautum & lotum, lavere & lavare, 3. & 1. waschen, sich baden.
Cœnum, i. 2. n. der Koth.
Redire, wiederkommen.
Uterque, alle beyde.
Posterius, Adj. folgend. comp. Postremus. Sup.
Sacræ Literæ, die Heil. Schrifft.
Admonere, 2 ermahnen.
Mundo, avi, atum, 1. reinigen.

DICTIO.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Cernere*, extrinfecus, verecunde, maxime.

2. *Permultum*, sehr viel. *Per* enim in compositis significationem intendere sive augere & *valde* significare, notum est.

3. *Volutabrum* locus est, ubi sues volutantur; *Volutabrum* cœni, eine Mist-Lache, Schwemme, Koth-Pfütze.

IX.

De Precibus.

J. Adesdum, Christiane, precabimur. *C.* Jam precatus sum heri & nudius tertius. *J.* Edisti etiam heri. *C.* Imo & hodie edam: jam esurio. *J.* Ergo precare etiam hodie. *C.* Precabor pro consuetudine nostra. 1) *J.* Quid 2) pro consuetudine? *ex animo precandum est.* *C.* Quid vero est ex animo precari? *J.* Agnoscere mentis suæ sordes, 3) suam egestatem ac miseriam, & in hac agnitione demisse ac ardenter animum allevare ad Deum, 4) omnium bonorum fontem 5) & largitorem. *C.* Ego vero te videre soleo ore orantem. *J.* Ore quidem, sed non ore solo, at lingua, animi interprete.

NOTÆ.

1) Secundum consuetudinem nostram, vel. ex consuetudine nostra. 2) Ais, sive inquis. 3) Animæ. 4) sein Hertz inbrünstig und demüthig zu GOtt erheben. 5) i. e. qui fons & largitor omnium bonorum est, welcher der Ursprung und reichliche Geber aller Güter ist. Largitor, oris, der gern spendirt.

VOCABULA.

Preces, um, 3. f. das Gebeth.
Adesdum, komm her, hierbey!

Precor, atus sum, 1. Dep. ich bethe.
Edo, edi, esum, 3. essen.
Esurio, 4. mich hungert.
Consuetudo, inis, 3. f. die Gewohnheit.
Ex animo precandum est, man muß von Hertzen bethen.
Agnosco, novi, itum, 3. erkennen.
Sordes, ium, 3. f. der Unflath.
Egestas, atis, 3. f. der Mangel.
Fons, is, 3. m. Quell, Ursprung.
Solus, a, um, Adj. allein.
Os, oris, n. 3. der Mund.
Interpres, etis, 3. m. ein Ausleger, Dollmetscher: lingua animi interpres, die Zunge spricht aus, oder entdeckt, was im Hertzen ist.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Adesdum*, non tam vero significat, *veni huc*, komm her, herbey! quam *hic esto*, *hoc age*, attende, *ades animo*, scribit Donatus in Terent. Andr. *Ades* autem imperat. est, dum παρέλκον est enim productio & adjectio syllabæ, ut *Ehodum* ad me.

2. *Nudius tertius*, adv. de tempore præterito, compositum ex *nunc* & *Dies*, quasi dicas, nunc est tertius dies.

3. *Mentis*. Per *mentis sordes* autem intelliguntur omnia delicta, quæcunque ab ineunte ætate ad hanc horam admittis.

X.

De Jentaculo.

J. Prosit tibi jentaculum tuum, 1) Christiane. *C.* Et tibi tuum, 2) mi Joachime. *J.* Miser ego, nullum habeo, 3) & Stomachus tamen latrat, 4) poscitque, 5) quo repleatur, si non ex toto, 6) saltem 7) ex parte. *C.* O me felicem, & te longe feliciorem! 8) *J.* Sed esne bonus puer, Christiane?

C. Utique ſum bonus. 9) *J.* Ergo etiam eſto beneficus. *Omnis* enim *bonus eſt beneficus. C.* Erga quem? 10) *J.* Erga egentem, 11) qualis ego nunc quoque ſum. *C.* Commode argumentaris pro commodo tuo. *J.* Tu vero adde pondus argumento meo, & felicitatis tuæ fac me participem. *C.* Ecce tibi partem dimidiam, præter unum alterumque bolum. 12) *J.* Gratias ago, 13) Chriſtiane, & quidem pro liberalitate tua liberales.

NOTÆ.

1) Wohlbekomme dir dein Morgenbrod. 2) Jentaculum proſit. 3) Jentaculum. 4) der Magen gurret, oder bellet mir. 5) ſc. aliquid, begehret etwas. 6) ex toto, gantz und gar; ex parte, zum Theil. 7) i. e. minimum, zum wenigſten. Barbari dicunt, ad *minus.* 8) i. e. quam tu. 9) ſc. puer. 10) ſc. debeo eſſe beneficus. 11) egenum. 12) ausgenommen ein und andern Biſſen, ein paar Biſſen oder Mund-Voll. 13) ſc. tibi.

VOCABULA.

Jentaculum, i. 2. n. Früh-Stück, Morgenbrod.
Poſco, popoſci, 3. fordern.
Repleo, plevi, pletum, 2. anfüllen.
Felix, cis, adj. glückſelig.
Beneficus, adj. freygebig.
Commodè, adv. dienlich, nützlich.
Egeo, ui, 2. bedürffen, Mangel haben.
Argumentari, einen Schluß machen.
Felicitas, atis, 3. f. Glückſeligkeit.
Particeps, ipis, adj. theilhaftig.
Addere pondus, einen Nachdruck geben.
Dimidius, a, um, adj. halb.
Liberalis, e, adj. freygebig.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Jentaculum*, ait Jſidorus, eſt primus cibus (prima pars)

pars) quo (qua) jejunium solvitur; unde etiam nuncupatur. Quod, quia ante prandium sumitur, *prandiolum* sive *prandiculum* dicitur. Das Frühstück.

Prandicula, inquit Festus Pompejus, *antiqui dicebant, quæ nunc jentacula.* Antiquis fuit buccea è meraco vino. Græci Βυκκίζειν *vocabant, quod paucas bucceas comederent jentantes, sustinendi Stomachi tantum, non implendi causa*; quod ad Suetonii Augustum notat Casaubonus.

2. *Beneficus*, benevelle omnes possunt: at benefacere pauci volunt.

3. *Egens* plus est, quam pauper: ab Egeo enim dicitur, quod est *indigere*, opus esse re aliqua; bedürffen, nothdürfftig seyn.

4. *Unus* & *alter* pro duobus, aut aliquot indefinite ponitur.

Decuria secunda.

De Re scholastica.

POLYCARPUS & NATHANAEL.

I.

De Adventu condiscipuli.

P. Salve, Nathanael. *N.* Ago 1) gratias, Polycarpe: unde venis? *P.* Ex ædibus patris mei. *N.* Quid affers? *P.* Me ipsum; 2) venio missus 3) in scholam vestram. *N.* Hospes ac condiscipulus noster eris gratissimus. *P.* Agnosco tuum erga me amorem, & laudo. *N.* Venisne instructus libris? 4) *P.* Nullis, 5) ut vides. *N.* Ergo es miles sine armis. *P.* Non pugnabo, sed discam. *N.* Imo *facilius est, edere sine orbe 6) ac cultro, quam discere sine libro.* *P.* Quod nondum habeo, comparabo. 7) Interea mihi edissere. 8) quod tractetis in schola vestra. *N.* Edisseram, 9) attende. *P.* Ut vis, attendo.

NOTÆ.

1) Sc. tibi. 2) ſc. affero: 3) ſc. à patre. 4) Kommſt du mit Büchern verſehen? h. e. habesne etiam libros? 5) ſc. libris venio, inſtructus, i. e. nullos libros habeo. 6) Teller. 7. Comparare h. l. anſchaffen. 8) erzehle. 9) ſc. tibi.

VOCABULA.

Adventus, us, 4. m. die Ankunfft.
Ædes, ium, plur. das Hauß.
Affero, attuli, allatum, 3. mitbringen.
Mitto, ſi, ſſum, 3. ſchicken.
Hoſpes, itis, 3. c. ein Wirth, Gaſt.
Gratiſſimus, a, um, adj. Superl. ſehr angenehm.
Arma, orum, pl. 2. n. die Waffen.
Pugno, avi, atum, 1. ſtreiten, fechten.
Facilis, e, adj. leicht.
Edo, edi, eſum, 3. eſſen. Edis, & es. edit, & eſt.
Culter, tri, 2. m. das Meſſer.
Attendo, di, tum, 3. Acht haben.
Ut vis, wie du wilſt.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Polycarpus*, h. e. valde fertilis ſive fœcundus, aut qui multa bona efficit. Conf Joh. 15, 5. & Phil. 1, 11.

2. *Nathanael*, Vide Joh. 1, 47.

3. *Orbis*, h. l. eſt, ſuper quo cibos in menſa tractamus.

4. *Differere* eſt, proferre, quæ de re aliqua dici poſſunt, non quæ ſtatui debent.

5. *Attendo*, in hoc verbo ſemper ſubaudiri oportet, *animum*: quaſi dicat, attende animum ad ea, quæ tibi ſum dicturus de lectionum noſtrarum initio.

II.

De lectionum initiis.

P. Ecquod eſt lectionum veſtrarum initium? *N.* Sacrum: 1) à Deo enim capeſſenda ſunt rerum omnium primordia, 2) præcipue in ſtudiis. *P.* Benefa-

Benefacitis, sed narra, 3) quomodo? 4) *N.* Primum precamur: deinde canimus: post legimus scripturam sacram, interprete Præceptore. 5) *P.* Precari possum, uti & 6) legere; sed canere nondum didici. *N. Usus 7) est magister optimus*, qui non solum verba, sed etiam numeros 8) (Græci melodiam vocant) sensim docet.

NOTÆ.

1) sc. Initium. 2) Man muß in allen Sachen mit GOtt den Anfang machen. 3) sc. mihi. 4) sc. à Deo sit ordiendum. 5) Quam nobis Præceptor interpretatur & exponit. 6) wie auch. 7) i. e. Exercitatio, die Ubung. 8) die Noten. Numerus h. l. des Gesangs Weisse, die Weisse eines Lieds. Numeros scit, at verba non tenet, die Melodie weiß er wohl, aber den Text nicht.

VOCABULA.

Ecquis, æ, id, ist jemand? wer?
Capesso, ivi, itum, ere, 3. fangen, ergreiffen.
Primordium, ii, 2. n. der Anfang.
Benefacio, feci, factum, 3. wohlthun.
Narro, avi, atum, 1. erzehlen.
Primum, zuerst.
Cano, cecini, cantum, 3. singen.
Scriptura sacra, die Heil. Schrifft.
Interpres, etis, 3. m. Ausleger. Interpretari, auslegen.
Precor, atus sum, 1. bethen.
Disco, didici, 3. lernen.
Optimus, a, um, adj. Superl. der Beste.
Græcus, i, 2. m. ein Griech.
Melodia, gr. Μελῳδία, des Gesangs Weisse.
Sensim, adv. allgemach.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Ecquis* ex conjunctione *&* & *quis* conflatum est; ecquis,

ecquis, ecquæ ecquod vel ecquid: tamen non tam significat *Ecquis*, quam *numquis*. Tursellin. de particul. c. 55.

2. *Primordia. A Jove Musarum primordia*, etiam Cicero ait Lib. 2. de Legib. cap 3. *Primordium*, est principium à quo primum ordimur.

3. *Sacra scriptura.* In lectione sacræ scripturæ requiritur 1) *justa attentio.* 2) *dextra explicatio.* 3 *viva applicatio.* Vid. D. Joach. Langii Præfat. ad Grammat. Lat. von Verbesserung des Schul-Wesens; & omnino Thom. à Kempis, de Imit. Chr. Lib. 1. cap. 5.

4. *Sensim*, quasi cum meditatione & sensu, a *sentio*. Auctore Perotto Cornu Cop. col. 725.

III.

De libris.

P. Quid gestas sub pallio, Nathanael? *N.* Libros scholasticos. *P.* Ostende mihi eos. 1) *N.* Ecce tibi omnes & singulos. *P.* Hem! quantum fasciculum 2 video. Bibliothecam mihi videris 3) portare. *N* Noli mirari multitudinem: 4) sunt tantum septem. *P.* Dic, 5) quæso, singulorum nomina. *N.* Primus vocatur *Donatus*, secundus *Vestibulum*, tertius *Orbis pictus* quartus *Vocabularium*, quintus *Grammatica*, sextus *Tirocinium*, septimus est *liber Colloquiorum*. *P.* O librorum, imo & impensarum 6) nimium! sed scientiæ parum. *N.* Tu vero ubi tuos 7) habes? *P.* Ecce hic sunt, 8) & quidem in uno 9) omnes: hæc est Grammatica mea: hujus parte prima, secunda & tertia continetur *Donatus*, quarta *syntaxis*, quinta *Copia Vocabulorum*, sexta *Poësis*. Appendix sistit *Tirocinium* & *Colloquia* in epitome. *N.* Non erras: quod enim fieri potest per pauca, non debet fieri per plura. Rogabo patrem meum, ut mihi eundem librum 10) emat.

NOTÆ.

NOTÆ.

1) sc. libros scholasticos. 2) sc. librorum. 3. Mich düncket, es scheint mir, als ob du 2c. 4) Verwundere dich nicht über die Menge. 5) sc. mihi 6) Unkosten. ab *impendere*, h. e. insumere. Impensus, adj. darauf gewendet. 7) 8) mei libri. 9) sc. libro omnes sunt, quos tu habes. 10) sc. Grammat. Lat. Langii.

VOCABULA.

Pallium, ii, 2. n. der Mantel.
Liber scholasticus, ein Schul-Buch.
Ostendo, di, sum, 3. zeigen, weissen.
Singuli, æ, a, adj. eintzeln, jeder für sich.
Quantus, adj. wie groß? wie viel?
Fasciculus, 2. m. ein Bündlein.
Bibliotheca, 1. f. eine Bibliotheck.
Multitudo, inis, 3. f. die Menge.
Orbis pictus, die gemahlte Welt.
Vocabularium, 2. n. Namen- oder Wort-Regitter.
Liber colloquiorum, ein Gespräch-Buch.
Nimius, adj. überflüßig, gar zu viel.
Scientia, 1. f. Wissenschafft.
Continere, 2. zusammenhalten, begreiffen.
Sisto, stiti, statum, sistere, 3. darstellen.
Paucus, a, um, adj. wenig.
Plus, mehr. comparat. multus, plus, plurimus.
Idem, eadem, idem, eben derselbe.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Pallium*, vestis erat Græcorum, viris ac fœminis communis.

2. *Bibliotheca & apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellantur*, inquit Festus. Conf. Antiq. Lex. sub Articulo Bibliotheck.

3. *Nimium* dicitur, quod modum excedit.

4. *Appendix* dicitur, quicquid alicui est adjunctum: & quicquid accedit rei, ut pars sit ejus, ut uva in vite.

5. *Per pauca.* *Entia non sunt multiplicanda præter necessitatem*, Philosophorum est effatum.

IV.

De præparatione ad lectionem.

P. Quid agis, Nathanael? N. Præparo me ad lectionem instantem. *P.* Ad quam? 1) *N.* Ad pensum, datum 2) in verbis discendis. *P.* Quomodo te præparas? 3) *N.* Discenda 4) lego & relego, & quidem mente attenta & voce clara. *P.* Siccine procedit istud negotium? 5) *N.* Quidni? 6) non autem sufficit 7) lectio aut relectio una, sed vel 8) decies immo vicies aut tricies, repetita. Sic sine molestia sensim proficio ac disco: sequere me. 9) experieris. 10) *P.* Optime mones, sequar consilium tuum. 11).

NOTÆ.

1) sc. lectionem. 2) quod mihi datum est. 3) ad tuam lectionem. 4) h. e. quæ mihi discenda sunt, quæ me oportet, vel debeo discere ex præcepto videlicet præceptoris. 5) vel siccine, adv. interrogandi, gehet die Sach also von statten? q. d. siccine te potes præparare ad lectionem instantem, sive ad pensum datum in verbis discendis? 6) warum nicht? 7) h. e. satis est. 8) *vel*, i. e. *etiam*; secundum versum: *Lectio lecta placet decies repetita placebit.* Hoc est, non sufficit, non satis est lectio aut relectio una, sed tunc sufficit, si decies, imo vicies aut tricies repetitur. 9) Fac, quemadmodum ego facio. 10) Sic sine molestia quoque sensim proficies ac disces. 11) Faciam, quemadmodum facere soles.

VOCABULA.

Præparatio, onis, 3. f. die Vorbereitung.
Lectio instans, die bevorstehende Lection.
Mens attenta, ein andächtig Gemüth.

Vox

Vox clara, die helle Stimm.
Sufficere, genug seyn.
Proficere, 3. zunehmen.
Sequor, cutus sum, 3. folgen.
Experior, pertus sum, 4. erfahren.
Optime, adv. gar wohl.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Pensum* proprie est manipulus lanæ, vel lini, ex colo pendens, ein Rocken, Wollen oder Flachs. Pensum autem à *pendo*, est verius, quam *pendeo*. Heræ enim lanam ancillis appendebant, nendam per diurnum opus, reddendamque in filo eodem pondere, deductis quisquiliis & barrhis: si non respondissent, multabantur. Vid. Fabr. Thes. Hinc *pensum* pro parte sui muneris, familiare est, Tag-Arbeit, allerley fürgenommene und aufgegebene Arbeit: uti hoc loco.

2. *Proficere* est quasi porro facere, sive faciendo progredi, & aliquid sibi addere veluti, atque acquirere.

V.

De lectionis recitatione.

P. Recita mihi lectionem tuam, Nathanael. *N.* Tibine, 1) Polycarpe? Quis te constituit Præceptorem meum? 2) *P.* Si recusas 3) in hoc negotio meus esse discipulus, ego tuus 4) ero, & tibi meam recitabo lectionem, ut recitatio coram Præceptore deinde fit expeditior. 5) *N.* Recita, 6) attendam, 7) *P.* Sed ita attende, ut mihi hæsitanti aut erranti 8) subservias. 9) *N.* Subserviam. 10).

NOTÆ.

1) sc. recitem, vel recitare debeo lectionem meam? 2) wer hat dich zu meinem Lehrmeister gemacht? 3) recusare, wegern. 4) Discipulus. 5) fertiger. 6) mihi tuam lectionem. 7) sc. animum ad eam. 8) daß du mir, wann

wann ich fehle, und es nicht recht kan, ein = oder zurecht helffest. *Hæsitare*, significat hoc loco, in der Reden stecken bleiben, und nicht fortkommen können. 9) Subservire alicui, einem einhelffen, zurecht helffen. Subvenire, adesse alicui, adjuvare aliquem, succurrere, opem ferre, zu Hülffe kommen. 10) sc. tibi.

VOCABULA.

Recitare, h. l. auffsagen, was man gelernt.
Constituo, ui, utum, 3. bestellen, fest stellen.
Hæsitare, stecken, anstossen.
Erro, avi, atum, 1. irren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1) *Recitare*, est clara voce legere, de scripto, laut lesen.

VI.

De Attentione.

P. Perge, Nathanael, in exponendo Colloquio: Præceptor jubet. Dic 1) statim, ubi desieris: 2) nam nescio. *P.* Cur non attendis? 3) *N.* Cogitabam de prandio. 4) *P.* O te negligentem & edacem! 5) vix scholam es ingressus, & jam animum habes in patinis, 6) qui in libris esse debebat. *N.* Monstra, quæso, monstra lectionis tuæ terminum, 7) ne vapulem. *P.* Hac vice 8) monstrabor, sed, ita si perrexeris, te deseram, 9) desertus 10) autem certo vapulabis.

NOTÆ.

1) sc. mihi. 2) wo du aufgehöret habest. 3) sc. animum ad lectionis meæ terminum, vel, ubi desierim. 4) Ich gedachte ans Mittag = Essen. 5) O du Unachtsamer und Verfressener! 6) und gedenckest schon an das Essen, der du an die Bücher und das Lernen gedencken soltest. 7) finem. 8) vor dißmahl, auf dißmahl. 9) Ich will

will dich stecken lassen. 10) sc. à me, h. e. te deseruero.

VOCABULA.

Expono, sui, situm, 3. erklären, erzehlen, berichten.
Ingredior, gressus, sum, 3. hineingehen.
Monstro, avi, atum, 1. zeigen, weisen.
Pergo, rexi, rectum, 3. fortfahren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1) *Desinere* est finire.

2) Qui defectivum *vice*, in numeri aut temporis notatione utuntur, e. gr. Hac vice, quadam vice, tribus vicibus &c fere omnes inclinatæ latinitatis temporibus fecere (quos nominatim exhibent posteriores Cellarii de Barbarismis curæ) præter Horatium, qui Lib. 4. Od. 14. plus vice simplici dixit, notante ad Bas. Fabri Thes. Erud. schol. *Hoc genus dicendi*, vice hac (inquit Rod. Goclen. observat. ling. Lat. *petitum è medio*, quidam repudiant ac pro eo dicunt. Nunc tantum dicam de hominis ortu: *Sic*, *pro* (tertia vice Consul.) *dicunt*, tertium Consul. Hoc monere h. l. debui, quod D. Langius monitum voluit formulis literarum h. m. varietatis, *hac vice*.

VII.

De Negligentia.

P. Cur frater tuus fere nunquam tenet 1) lectionem suam? *N*. Quia est piger & negligens. *P*. Unde ipsi existit 2) ista negligentia? *N*. Inter alia 3) è vitio edacitatis, sive voracitatis. 4) *P*. Rem acu tetigisti. 5) Nam *plenus venter non studet libenter*. 6) *N*. Ita sane 7) est: & frater meus pro aviditate sua 8) semper majorem jentaculi partem captat. *P*. Sed anne accipit? 9) *N*. Plerumque, quod cupit, capit. Interdum vero ventrem citius replet, 10) quam oculos. *P*. Rem narras, bono puero indignam. 11)

NOTÆ.

NOTÆ

1) h. e. novit, meminit, intelligit. Teneo lectionem meam, ich kan meine Lection. 2) Oritur, kommt, entstehet. 3) sc. existit, sive oritur. 4) wer so fressig oder ein Vielfraß ist. 5) h. e. rem ipsam divinasti, du hast es recht getroffen. acu tetigit, er hats getroffen. 6) Ein voller Bauch studiert nicht gern. 7) certe. 8) secundum aviditatem suam. Aviditas, die Heißhungerigkeit, unersättliche Begierde. 9) sc. semper majorem jentaculi partem. 10) implet, h. e. saturat. 11) quæ bono puero turpis, sive inhonesta est, quæ bonum puerum dedecet, welches sich vor einen feinen Knaben nicht schickt.

VOCABULA.

Negligentia, 1. f. Unachtsamkeit, Faulheit.
Acus, us, 4. f. die Nadel.
Magnus, a, um, adj. groß, major, maximus.
Capto, avi, atum, 1. fangen, nach etwas trachten.
Cupere, begehren.
Capere, nehmen.
Venter, is, 3. m. der Bauch.
Citò, citiùs, citissimè, Adv. bald.
Repleo, evi, etum, 2. füllen.
Indignus, a, um, adj. unanständig.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Edacitas*, mavult Vossius *Edacitas*, aut *Abdomen insaturabile*, cum Cicerone pro Sext. c. 57. notante Cellario Antibar. Latin. dicitur à *voro*, quod est cum impetu sonituque edere, βορᾶν, fressen, & animalium proprie est. Vid. infra Decur. 9. Colloq. 4.

2. *Captare*, petere est; sive quærere, aut operam dare.

VIII.

De Diligentia.

P. Cur me adspicis, Nathanael? *N.* Miror diligentiam. 1) *P.* Non est, 2) quod mireris: facio, quod

quod debeo, neque id, 3) quantum 4) satis & æquum est. *N.* Cur vero es tam diligens? *P.* Quia diligo. *N.* Quid, aut quem diligis? *P.* Deum & studia: 5) *Deum*, qui laborem nobis commendavit, imo præcepit: *Studia* in quibus præstantissimum est laborandi genus. *N.* Bene laboras, nec male philosopharis: laudo diligentiam tuam. *P.* Laudare non sufficit: sequi optimum est. Sin minus, 6) diligentia laudatur & alget. 7)

NOTÆ.

1) tuam. 2) opus. 3) sc. facio. 4) so viel als. 5) diligo. 6) wo aber nicht. 7) negligitur, non expetitur, etiamsi laudetur, nec vituperari possit, Fleiß können die Schuler nicht schelten, sie achten sein aber nicht, und will keiner dran. Probitas laudatur, & alget, Frömmigkeit wird zwar gelobt, aber niemand achtet ihr. Hor.

VOCABULA.

Adspicere aliquem, ad aliquem, einen ansehen. à specio. Verbum vetus. Plauto usitatum etiam specito.
Æquus, a, um, adj. billich.
Labor, is, 3. m. die Arbeit.
Commendare, anpreissen, anbefehlen.
Præcipio, cepi, ptum, 3. gebiethen.
Studium, ii, 2. n. der Fleiß.
Præstans, præstantior, præstantissimus, fürtrefflich.
Philosophari, reden.
Laudo, avi, atum, 1. loben.
Algeo, ich friere, mich frieret, ich bin verachtet.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1) *Diligere* minus est, quam *amare*. Vid. Rod. Goclen. Obs. Lat. Ling. Interdum est *vehementer, non leviter amare*, id quod exemplis idem probatum dedit Goclenius. Eorum enim, quæ amamus, sumus studiosi.

2. *Philo-*

2. *Philosophari*, est differere, five disputare de artibus, de natura rerum.

IX.

De Garrulitate, *&* *ineptiis*.

P. Quid garris, garrule? quid ineptis, inepte? *N*. Quid ad te? 1) *P*. Permultum: 2) nam me impedis. *N*. Hui! diligentiam hujus pueri! 3) *P*. Hui! negligentiam hujus garruli! *N*. Utor lingua, quam mihi Deus dedit. *P*. Num ad garrulitatem? 4) minimè: vehementer erras; nec uteris lingua, sed abuteris. Interrogante Præceptore 5) linguæ usum exerce! abusum inter lectiones sepone. *N*. Non male judicas, fateor. *P*. Injice ergo frenum ori tuo, 6) inprimis, cum Deo sit reddenda 7) ratio de unoquoque verbo, non solum turpi, sed etiam inepto & otioso, seu inutili.

NOTÆ.

1) sc. attinet. 2) sc. ad me attinet. 3) ey! welch ein fleißiger Knab ist das 4) sc. dedit. 5) Cum, postquam Præceptor te interrogat, tum lingua utere atque loquere. 6 Zäum dein Maul. 7) sc. tibi: h. e. debeas vel te oportet reddere rationem. De *lingua frenanda*, vid. insignem locum, Jac. 3, 3-9.

VOCABULA.

Garrulitas, atis, 3. f. die Wäscherey.
Ineptiæ, arum, 1. f. die Narren-Possen.
Impedio, ivi, itum, 4. verhindern.
Hui, ey! Interject. admirantis.
Abutor, usus sum, 3. mißbrauchen.
Interrogo, avi, atum, 1. fragen.
Exerceo, cui, itum, 2. üben.
Abusus, us, 4. m. Mißbrauch.

Sepe-

Sepono, fui, itum, 3. bey Seit legen.
Injicere, injectare, hinein werffen.
Frenos alicui injicere, einen zurückhalten, aufhalten.
Reddo, reddidi, itum, 3. wiedergeben.
Reddere rationem, Rechenschafft geben.
Turpis, e, adj. schändlich.
Otiosus, a, um, adj. müssig, h. l. vergeblich.
Inutilis, e, adj. unnützlich.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Garrulitas*, dicitur vitium molestissimum, simul & nocentissimum. De quo videndus Plutarch. Lib. de garrulitate.

2. *Garrire*, avium est: quando autem ad homines transfertur, est nugis molestis obstrepere, verdrießlich Geschwätz treiben, plaudern. Garris, i. e. nugaris, blateras.

3. *Ineptus* dicitur, qui abs quovis reprehendi potest.

4. *Otiosus*, h. l. vergeblich. Quemadmodum Christus inquit Matth. 12, 36. 37. *quod dictum probè pueris est inculcandum, ut maturè à vitiosa garriendi libidine deducantur:* ut & illud piissimi Thomæ à Kempis de Imit. Chr. Lib. 1. c. 10. §. 3. p. m. 21. seqq. ubi inquit: *Vigilandum orandumque est, ne tempus otiose transigatur; quod si loqui libet & expedit, utilia loquere.* (Ephes. 4, 29) *A garriendo quidem deterrere nos illud maxime debet, quod & vitiosa est consuetudo* garriendi (Prov. 10, 19.) *& profectum nostrum remoratur.*

X.

De missione scholæ.

P. Quota est hora, Nathanael? 2) *N.* Cur de hora percontaris? 3) *P.* Avidè exspecto missionem è schola, quæ 4) datur 5) hora undecima. *N.* Vix decima 6) audita est. *P.* O me miserum! *N.* Certe miser es, qui literas 7) fastidis. 8) *P.* Dicamus, sonuisse decimam. 9) *N.* Nonne de pudet, menti-

mentiri? num putas, 10) falli posse Deum, 11) ac falli 12) debere Præceptorem? *P.* Non mentiar, nec fallam 13) *N.* Nec suaserim tibi. 14) Noste enim, mendacii crimen virga vindicari. 15)

NOTÆ.

1) Von der Erlassung aus der Schul. 2) Was, oder wie viel hats geschlagen? 3) warum fragst du nach der Uhr, wie viel sie geschlagen? 4) missio. 5) nobis. 6) Hora. 7) Studia. 8) contemnis. 9) horam. 10) meynst du wohl? 11) quod Deus falli possit. 12) falli debeat Præceptor. 13) sc. Deum, qui non potest: neque Præceptorem, qui non debet. 14) Ich will dirs auch nicht gerathen haben. 15) h. e. quod virga vindicetur, i. e. puniatur, castigetur.

VOCABULA.

Literas fastidire, vorm Studieren einen Eckel haben.
Mentior, itus sum, iri, 4. lügen.
Fallo, fefelli, falsum, 3. betrügen.
Suadeo, si, sum, 2. rathen.
Novi, ich weiß, Verb. Defect.
Mendacium, ii, 2. n. die Lüge.
Crimen, inis, 3. n. das Laster, Übelthat.
Vindico, avi, atum, rächen, straffen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Quotus*, nomen est Interrogativum de numero aut ordine, ut: quotus accumbebat? der wie vielste saß er am Tisch?

2. *Sonuisse.* Quæris, an dicatur latine, *sonuit horam?* respondet Latinissimus Rod. Goclen. Lib. 3. Problemat. Gram. 17. *Quod nonnulli è recensioribus dicunt, sonuit horam, id per Ellipsin suppositi excusari potest.* Sonuit horam, *scilicet* Campana, ut, memorant sc. *homines.* Apud Ciceronem sonuit, i. e. sono repræsentavit, seu significavit: Cicero: *Hæc verba re unum sonant.* i. e. significant. Virg. *Vox hominem sonat*, sed hora sonuit, *displicet:*

ſcilicet, pro eo dices: Hora eſt audita, i. e. auditum eſt ſignum horæ. Horologium eſt auditum.

Decuria tertia.

De prandio.

JOHANNES & THEOPHILUS.

I.

De revocatione à luſu ad prandium.

J. Heus! heus! Theophile. *T*. Quid clamitas, 1) mi Johannes? *J*. Avoco 2) à luſu ad prandium. *T*. O lætum nuncium! 3) me habes obſequentiſſimum. 4) *J*. Non ignoro 5) te libentius ire 6) ad menſam, quam in ſcholam. *T*. Nec detrectabo, 7) in ſcholam ire *J*. Siccine ſcholam habes pro jugo? 8) Jugum enim dicitur detrectari & non detrectari. 9)

NOTÆ.

1) Was führeſt du für ein Geſchrey? 2) te: 3) O welch fröliche Bottſchafft! 4) ſc. tibi. q. d. darin bin ich dir gar willig und gehorſam. 5) Probe ſcio, ich weiß es gar wohl. 6) i. e. quod libentius eas. 7) Recuſabo. 8.) onere. 9) jugum detrectare, das Joch abwerffen, abſchütteln, nicht gern ins Joch gehen. Sic Ovid. de Ponto, Lib. 3. eleg. 7. v. 15. *Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.*

VOCABULA.

Avocare, hinwegruffen.
Luſus, us, 4. m. das Spiel.
Lætus, a, um, adj. frölich.
Nuncium, ii, 2. n. Bottſchafft.
Obſequens, adj. willfährig, Gehorſam.
Libenter, adv. gern.
Detrectare, ſich weigern.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *O latum nuncium!* O, Interjectio exsultantis, *Nominativo*, *Accusativo*, & *Vocativo junctam* legimus; hoc loco *Accusativo*, si Laur. Vallam Lib. 6. Eleg. c. 15. Rod. Goclen. Lib. 2. Problem. Gram. 16. aliosque, qui negant, *pro re nunciata in genere neutro.* Nuncium *dici*, audimus: Si doctissimum Cellarium, *Nominativo*: qui, in genere Neutro *pro re nunciata Nuncium* æque ac *Nuncius* dici, pluribus exemplis adductis, ad Baf. Fabri Thes. Erud. Schol. probat, quem opere est videre.

II.

De præparatione ad mensam.

J. Audisne, Theophile, quid pater interroget? *T.* Quidnam? *J.* Utrum simus parati ad preces, 1) & bene compositi 2) ad mensam. *T.* Hem! nec pexus sum, nec 3) lotus. *J.* Ergo propera. Est enim inediæ periculum in mora. 4) *T.* Malo pecti ac lavari, quam esurire. *J.* Ecce hic habeo aquam & mantile. *T.* Ubi vero est pecten? *J.* Illic in fenestra. *T.* Statim me videbis paratum. *J.* Sed cave, ne obliviscaris nasum emungere. *T.* Emungam. 5)

NOTÆ.

1) sc. fundendas, 2) wohl geschickt. 3) nec, nec, weder, noch. 4) wann wir zaudern, so ist zu besorgen, daß wir nichts zu essen bekommen. 5) sc. nasum.

VOCABULA.

Compositus, adj. zusammengesetzt.
Pecto, xui, & xi, xum, 3. kämmen.
Esurire, hungern.
Emungo, xi, ctum, 3. schneutzen, putzen.
Mantile, sc. ad manus tergendas, das Hand-Tuch, um die Hände abzutrucken.

Utrum,

Utrum, ob, adv. interrogandi.
Inedia, Hunger.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Propera.* Notent pueri differentiam: *properat*, qui celerat, ne transigendi occasio elabatur: *festinat*, qui coactus necessitate, quod cepit, raptim tractat, nec perficit plane: *maturat*, qui in tempore atque per otium, nec serius nec citius aliquid, aut segniter facit. Festus.

2. *Inedia* differt à fame, quod *fames* semper est cum cupiditate edendi: Inedia vero etiam sine appetitu, ut in ægrotis, aut qui voluntariam inedià arcessunt mortem; ut Atticus Nepotis, cap. 22.

III.

De consecratione mensæ. 1)

J. Oremus, 2) Theophile. *T.* En! 3) adsum. *J.* Utrum corpore, an animo? 4) *T.* Utroque. 5) *J.* Id audio: sic decet hominem, qui constat animo & corpore 6) simul. *T.* Egone, quem puerum aut Theophilum aliâs vocant, 7) sum homo? *J.* Utique es: 8) da vero operam, ut sis *homo Theophilus.* 9) *T.* Quid sibi vult hoc nomen? 10) *J.* Significat Dei amantem, 11) talem te nunc præsta 12) in precibus. *T.* Cur vero precamur? *J.* Nescis? 13) ut Deum habeamus in mensa 14) propitium, & verbo ejus appositos cibos consecremus.

NOTÆ.

1) Vom Gebeth über Tisch. 2) Laßt uns bethen. Consecrare mensam, über Tisch bethen. 3) adv. demonstrandi, idem quod *ecce*: Nominativo & Accusativo item verbo, ut h. l. jungitur. 4) sc. ades. 5) sc. corpore & animo adsum. 6) daraus Leib und Seel bestehet. 7) nominant. 8) sc. homo. 9) daß du ein Mensch seyst, der (mit recht) ein Theophilus heißt? 10) Was bedeutet dann die-

 ser

ſer Name? 11) Theophilus, GOtt lieb, kommt her von Θεὸς, Deus, und Φίλος, amicus. Conf. Matth. 22, 37. 12) exhibe, erzeige und beweiſſe dich. 13) an neſcis, cur precemur ſive oremus? 14) beym Tiſch.

VOCABULA.

Uterque, alle beyde.
Egone, wer, ich?
Dare operam, Fleiß anwenden.
Propitius, a, um, günſtig, gnädig.
Conſecrare cibos appoſitos, die aufgetragene Speiſen ſegnen, heiligen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Conſecrare* proprie eſt, Deo dicare, *& ſacrum facere.*

IV.

De Juſculo.

J. En! quid video? *T.* Quid eſt, quod vides? *J.* Te ipſum, 1) primum in patina, ſed ultimum ſive poſtremum in ſchola. *T.* Mitte me, ut edam. 2) *J.* Hem! cur os tantopere torques ac retorques? 3) *T.* Jus quod tantum calere videbatur, fervet. 4) *J.* Sic dignam luis pœnam 5) nimiæ aviditatis tuæ. *T.* Diſce meo exemplo ſapere. 6) *J.* Imo guſtabo 7) & ſapiam, 8) ſed ſine læſione oris ac palati. *T.* Ipſe ego poſthac non edam juſculum, niſi orbe exceptum, 9) aut ſorbillando exploratum. 10) *J.* Sic, quæ nocent, docent. 11)

NOTÆ.

1) Sc. video. 2) Vid. ſupra. Dec. I. Colloq. 2. Laß mich eſſen. 3) Warum verziehest und krümmest du das Maul ſo ſehr? 4) Jus calet, die Supp iſt warm, fervet, ſie iſt ſied-heiß. 5) h. eſt, meritam, vel fers ſupplicium, du

du büssest, leidest Straffe für deine gar zu grosse Begierde im Essen. Pœnam luere alicujus rei, für etwas Straffe leiden, gestrafft werden. 6) Sapiens esse. 7) sc. jus, ich will die Suppe kosten und versuchen. 8) Paullo ante ad animum transfertur, hic autem ad sensum gustus pertinet. 9) Orbe exceperim, vel excepero, ich habe sie dann auf den Teller genommen. Orbe excipere, auf den Teller nehmen, schöpffen. 10) i. e. parum & frequenter sorbendo exploraverim, vel exploravero, h. e. tentaverim, vel tentavero, num calidum sit jusculum an ferveat; sorbillando explorare, durchs Schlurffen versuchen. 11) Mit Schaden wird man klug.

VOCABULA.

Jusculum, ein Brühlein, Suppe.
Ultimum / Postremum } zuletzt.
Torqueo, torsi, tortum, 2. drehen, winden.
Retorquere, zurück drehen, wenden
Jus videtur calere, die Suppe scheint warm zu seyn.
Læsio, onis, 3. f. die Verletzung.
Os, oris, 3. n. der Mund.
Palatum, i, 2. n. der Gaume.
Noceo, cui, itum, 2. schaden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Patina*, quasi *Patena*, à *pateo*, Columellæ: sic dicta, quod sit repanda, eine Schüssel, Blatte.

2. *Jus*, liquor est eorum, quæ coquuntur, eine Brühe, oder Suppe.

V.

De carne elixa.

J. Quænam caro hæc est, quam vides in patina? *T.* Elixa. 1) *J.* De hoc non est dubium, nec quæstio: quis enim crudam carnem apponeret? dic, 2) cujus sit generis? 3) *T.* Est bubula. 4)

 J. Falle-

J. Falleris. 5) *T.* Habet tamen speciem bubulæ. 6) *J.* Non habet 7) nisi in errore oculorum tuorum. 8) *T.* Estne vervecina, aut agnina? *J.* Neutra. 9) *T.* Estne suilla, aut vitulina? *J.* Alterutra. 10) *T.* Sed utra? 11) fortasse Suilla? 12) *J.* Erras: 13) est vitulina. 14) *T.* Est grati saporis. 15) *J.* Utique, inprimis fame condita. 16)

NOTÆ.

1) Elixa, sc. caro est, i. e. aqua mollita & percocta, gesotten oder gekocht Fleisch. 2) mihi. 3) qualis caro sit. 4) sc. caro, Rindfleisch. 5) erras. 6) es siehet doch aus wie Rindfleisch. 7) sc. speciem carnis bubulæ. 8) in oculis tuis. 9) h. e. neque vervecina, neque agnina caro est, es ist keins von beyden. *Neuter* enim de duobus dici, notum est. 10) h. e. altera è duabus, der beyden eins, eins von beyden. 11) sc. caro. 12) caro est. 13) du bist unrecht dran. 14) Caro. 15) es schmeckt gut. 16) Quia esurio; Nam *fames cibi condimentum*, ex sententia Ciceronis. Lib. 2. de Finibus, c. 28. Wann man Hunger hat; oder, wann es mit Hunger gewürtzt ist.

VOCABULA.

Caro cruda, rohes Fleisch.
Caro vervecina, Hammel-Fleisch, à *vervex*, mas ovium.
Caro agnina, Lamm-Fleisch.
Caro suilla, Schweinen-Fleisch.
Caro vitulina, Kalb-Fleisch.
Condio, ivi, itum, 4. würtzen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Bubula*, à *Bos*, quæ vox taurum vaccamque comprehendit. Auct. Valla Lib. 4. Eleg. cap. 42.

VI.

De carne assa.

J. Gaudeamus, Theophile. *T.* Quæ subest causa? 1) *J.* Nonne vides in culina assam, 2) veru affixam, & ad ignem circumactam? *T.* Video, 3) & gaudeo tecum. *J.* En! jam affertur, 4) & imponitur mensæ. *T.* G. Sed num mihi ac tibi? 5) *J.* Spero quidem, sed non sine metu. *T.* Unde eum concipis? 6) *J.* Nescis? è molestia, quam matri facessivimus 8) in culina. Unde vereor, 9) ne irascatur nobis, assam negatura. 10) *T.* Mitte istum metum, 11) jam dudum oblita est. 12) *J.* Brevi experiemur. 13)

NOTÆ.

1) Cur gaudeamus. 2) sc. carnem. Siehest du nicht in der Kuche den Braten am Bratspieß stecken, und am Feuer umdrehen, oder umwenden. 3) sc. carnem assam. 4) sc. Caro assa, quam assaturam indocti dicunt, ein Brate. 5) sc. affertur, & imponitur. 6) sc. metum, woher hast du solche Forcht? 7) Unde eum metum concipiam. 8) Molestiam facessere, Verdruß, Beschwerlichkeit machen. 9) Deßwegen, daher besorge ich. 10) Sie möge etwa unwillig seyn, und uns kein Gebratenes geben. 11) Omitte, pone, habe keine Sorg, laß diese Forcht fahren. 12) Istam molestiam, quam ipsi in culina facessivimus. 13) sc. tempore videbimus, an nobis assam carnem sit negatura.

VOCABULA.

Caro assa, gebraten Fleisch.
Gaudeo, gavisus sum, 2. sich freuen.
Affigo, xi, xum, 3. anschlagen, anstecken.
Assam circumagere, den Braten herumdrehen, wenden.

 Negare

Negare alicui aliquid, einem etwas abschlagen.
Experior, pertus sum, 4. erfahren.
Impono, sui, situm, 3. auflegen, betrügen.
Imponere mensæ, auf den Tisch setzen.
Concipio, epi, eptum, 3. empfangen, abfassen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Asso*, *assare*, verbum latinum, coquere est, & torrefacere ad ignem, Braten, unde assatus, & inassatus. Plin. lib. XXX. cap X. In ligneis verubus inassatum. Assare & inassare dici potest. Alia sunt *caro frixa*, Fleisch in Butter oder Schmaltz gebraten, *caro tosta*, geröstet.

VII.

De piscibus.

J. Ecce pisces Theophile, & quidem frixos. 1) *T.* Cujus generis? 2) sunt ne carpiones, aut percæ, aut lucii? *J.* Lucii. *T.* Nunc novi eos. 3) *J.* Sed quale proverbium heri audivimus de piscibus? *T.* Mihi non venit in mentem. *J.* Ergo nec piscis veniet in stomachum tuum. 4) *T.* Eja, dic mihi. 5) *J.* Magis mutus es, quam piscis. 6) *T.* Nunc memini: imo succurrit aliud 7) *J.* Quale istud est? 8) *T.* Piscem natare doces. 9)

NOTÆ.

1) hoc est, tostos, gebackene. 2) Was sinds für Fisch? 3) Nun kenne ich sie. 4) h. e. piscem, vel pisces edes. 5) sc. illud proverbium. 6) Du bist stummer als ein Fisch. 7) i. e. aliud proverbium de piscibus mihi in mentem venit. 8) sc. proverbium. 9) h. e. doctum doces, i. e. einen etwas lehren, das er selbst besser kan; sich vergebliche Mühe machen.

VOCABULA.

Carpio, sive Lyprinus, Karpe.

Lucius

Lucius, ii, 2. m. Hecht.
Stomachus, i. 2. m, der Magen.
Eja, ey, adv. hortantis.
Magis, mehr, adv.
Succurrere, zulauffen, einfallen, zu Hülff kommen.
Nato, avi, atum, 1. schwimmen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Lucii*, lupi, pisces, sic dicti à rapacitate & voracitate. *Lucius*, non est, nisi quod cognatum quippiam cum eo habet: Vorax enim uterque est.

2. *Mutus*, dicitur de infantibus, aut valde taciturnis.

VIII.

De Caseo & Butyro.

J. Quomodo sapit ille caseus? *T.* Bene; sed saperet melius, 1) si adderetur butyrum. 2) *J.* Caseum edere unà cum butyro, divitum est. 3) *T.* Nos sumus divites. *J.* Ostende 4) divitias. *T.* Mea mater ipsa format 5) caseos, & conficit butyrum, quantum vult. 6) *J.* Erras: dicere debebas: quantum potest pro copia lactis. 7) *T.* Ergo posthac contentus ero alterutro, 8) butyro aut caseo solo *J.* Benefacies: 9) nam vix sicco pane digni sumus. *T.* Indigni sumus, fateor, sed Deus tamen nec indignis negare solet obsonium.

NOTÆ.

1) Caseus. 2) Si unà cum butyro ederem. 3) Divites solent. Käß und Butter pflegen die Reichen miteinander zu essen. 4) mihi. 5) figurat. Formare caseos, Käse machen. 6) so viel sie will. 7) so viel sie Milch hat. 8) h. e. altero è duobus. 9) si alterutro, caseo sc. vel butyro eris contentus.

VOCABULA.

Addo, didi, ditum, 3. zugeben, hinzuthun, befördern.

Unà, adv. zugleich.
Dives, itis, 3. reich.
Contentus, a, um, adj. zufrieden.
Siccus panis, trocken Brod.
Dignus, a, um, werth, würdig.
Indignus, a, um, adj. unwürdig.
Obsonium, ii, 2. n. Zugemüß, allerley Kost.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Sapere*, ad sensum gustus pertinet, derer Fünffe sind: das Gesicht, das Gehör, der Geschmack, der Geruch, und das Gefühl. Unter denselben ist eines edeler, dann das andere. Das Sehen ist edler, dann das Hören; massen wir weiter sehen können, als hören; Das Gehör übertrifft den Geruch; dann wir können weiter hören, als riechen: Der Geruch übertrifft den Geschmack; dann wir können weiter riechen, als schmecken: Das Fühlen aber ist das Unterste, und durch den gantzen Leib ausgestreckt.

2. *Caseus*, à coëundo dictus, secundum Festum. Conviviorum clausula dicitur Erasmo Colloq. de opulentia sordida. Vulgo, der Magen-Schlüssel.

3. *Butyrum*, Βούτυρον, dictum inde, quod ex lacte bubulo coaguletur, teste Plinio, Lib. 28. cap. 9. barbararum gentium laudatissimus cibus, divites à plebe discernens. Plurimum *è bubulo*, & inde nomen. Butyri usus apud Hebræos antiquissimus est, quod ex Deut. 32, v. 13. 14. patet. Et jam ante illa tempora legimus Abrahamum obtulisse Angelis hospitibus butyrum & lac. Græcis vero sero admodum innotuit, & non nisi per barbaras gentes, nempe per Judæos.

4. Contentus is dicitur, qui continet, quod animo satisfacit, non continetur. Vid. Valla. Lib. 1. Eleg. c. 30.

5. *Obsonium*, vel potius *opsonium*: eodem enim modo pronunciatur, quo *opto*, *aptus*. Vid. Becman. Origg. ling. Lat. & Jovian. Pontan. Lib. 2. de aspirat. p. 61. Ab ὄψον enim est: quo, quicquid ultra panem & vinum adjicitur in cibum (vel, quicquid cibo præter panem & vinum adjicitur) significatur, προσφάγιον, προσόψημα,

μα, was man beym Feuer zu essen zurichtet. V. Rod. Goclen. Observ. ling. lat. p. m. 335. & Lister. Not. ad Apicii Lib. 5. c. 3. p. m. 151. seq. allerley Zugemüß, Zukost.

IX.

De potu.

J. Quoties bibere soles in prandio? *T.* Quoties sitio, seu, ad modum sitis. 1) *J.* Quo potus genere uteris? 2) *T.* Optimo 3) & maxime parabili. 4) *J.* Ecquod illud est? 5) *T.* Aqua. *J.* Hanc tibi soli serva: non invideo: 6) mihi placet cerevisia. *T.* Sed quænam 7) *J.* Secundaria; 8) primaria 9) enim tentat caput, 10) & nocet studiis; 11) præterea magis irritat, quam restinguit. 12) *T.* Ego aquam bibere pergo, quippe quæ nec mucet, 13) nec acescit. 14) *J.* Sed aqua debilitat stomachum. *T.* Falleris: 15) consuetudo fit altera natura *J.* Vinum tamen aqua est melius. 16) *T.* Adde, 17) & pretiosius, immo non raro 18) multo nocentius. *J.* Vix crediderim. *T.* Crede mihi; plures enim pereunt 19) vino, quam aqua. *J.* *In vino* tamen, secundum proverbium, *est veritas*. *T.* Sed *prodita* aut *violata*.

NOTÆ.

1) Nachdem ich Durst habe. 2) quem potum bibis? 3) sc. potu utor, h. e. optimum potum bibo. 4) *Parabilis* dicitur, qui facile parari potest, der leicht zu bekommen ist. 5) Potus genus, quod bibis? 6) sc. tibi. 7) sc. cerevisia tibi placet. 8) sc. cerevisia mihi placet, Nachbier, Covent. 9) Das gute Bier. 10) steigt in den Kopff, es greifft den Kopff an. 11) impedit, verhindert. 12) es erregt, oder macht mehr Durst, als daß es ihn löscht. 1) Muceo, cui, ere, 2. schimmlicht, kahnigt seyn. Vinum

Vinum nec aceat, nec muceat, ein Wein soll weder sauer noch schmigt seyn. 14) anfängt sauer zu werden. 15) erras. 16) quam aqua. 17) Imperativus hic eleganter inservit transitionibus, aut connexionibus, überdaß, vel, daß. 18) sæpe. 19) intereunt, i. e. moriuntur. Vid. Dec. V. Colloq. VI.

VOCABULA.

Quoties, adv. wie offt.
Genus, eris, 3. n. Gattung, Geschlecht.
Maximê, adv. am meisten.
Hanc tibi soli serva, diesen behalte vor dich allein.
Secundarius, adj. der nachfolget, geringer ist.
Primarius, adj. ein Fürnehmer.
Noceo, cui, citum, 2. schaden.
Tento, avi, atum, 1. versuchen.
Irritare, anreitzen.
Bibo, bibi, itum, 3. trincken.
Aceo, cui, 2. sauer seyn.
Acesco, ui, 3. sauer werden.
Debilito, avi, atum, 1. schwächen.
Addo, idi, itum, 3. hinzuthun.
Pretiosus, kostbahr.
Rarò, adv. selten.
Multo nocentius, viel schädlicher.
Credo, idi, itum, 3. glauben.
Prodere, verrathen.
Violare, schänden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Cerevisia*, potius genus ex hordeo: quod nobis Bier, ex latino *bibere* (ut Vossio Lib. 1. de vitiis sermonis cap. 4. videtur) appellatur. Joh. Scapulæ, *Vinum hordeaceum*, vocatur Lexico Græco-Lat.

2. *In vino veritas.* Ebrietas operta recludit: Nam *vinum transfert in linguam, quod latebat in corde*, ait Erasm.

X. De

X.

De prandii fine.

J. Esne satur, Theophile? *T.* Nondum, 1) sed statim ero, 2) quando consumsero 3) panem meum butyro illitum. 4) *J.* Ergo insta dentibus, 5) eosque exerce impigrè. 6) *T.* Quis urget me? 7) *J.* Morum qualitas ac modestia decens. *T.* Quid illa 8) jubet? *J.* Ut pueri surgant de mensa primi. *T.* Præstat sedere, 9) quam ante preces discurrere. *J.* Datur tertium, seu res in medio posita. *T.* Quænam illa est? *J.* Ministrare mensæ, aut parentibus, aliisque honestioribus convivis adhuc prandentibus. 10) *T.* Bene mones, surgam, 11) ministrabo. 12) *J.* Sed moribus ad honestatem compositis, 13) & animo, qui se digne parat ad preces.

NOTÆ.

1) Satur sum. 2) satur. 3) edero. 4) Panis butyro illitus, Butter-Brod, Butter-Schmier. 5) Instare, dran seyn, anhalten. Instare dentibus, wacker drauf essen. 6) Laß die Zähne nicht lang müßig stehen. q. d. esse geschwind zu. 7) nöthiget mich. 8) Modestia. 9) Es ist besser sitzen bleiben. 10) dum prandent. 11) sc. à mensa, vel de prandio, sive cœna. 12) sc. eis, 13) gantz ehrbar und höfflich. Mores ad honestatem compositi, artige ehrbare Sitten.

VOCABULA.

Consumo, sumsi, tum, 3. verzehren.
Illino, levi, litum, 3. bestreichen, schmieren.
Exerceo, ui, itum, 2. üben.
Mos, moris, 3. m. Gebrauch, Sitten.
Discurrere: 3. herum lauffen.
Pono, sui, itum, 3. stellen, setzen.

Mini-

Miniſtrare menſæ, beym Tiſch aufwarten.
Parens, Vatter und Mutter, Parentes, Eltern.
Honeſtus, a, um, ehrlich.
Conviva, æ, 1. m. ein Gaſt.
Prandeo, di, & pranſus ſum, 2. zu Mittag eſſen.
Honeſtas, atis, 3. f. die Ehrbarkeit.
Componere, zuſammen ſetzen, legen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. Compoſitus, compoſitior, compoſitiſſimus, i. e. elegans, aptus, ut, compoſitiſſimæ literæ, eine ſehr wohlgeſtellte Schrifft. Cic.

Decuria quarta.

De re ſcholaſtica 1) pomeridiana. 2)

ANDREAS & CHRISTOPHORUS.

I.

De Scriptione.

A. Eamus in ſcholam, Chriſtophore. *C.* Nondum eſt tempus diſcendi. *A.* Ergo nec ludendi, 3) veni! Pædagogus vocat. *C.* En! adſum, iturus 4) tecum & ſcripturus, ſed tuo calamo. 5) *A.* Habeo tantum unicum. 6) *C.* O me oblivioſum, 7) qui non ſolum pennam, ſed etiam chartam oblitus ſum! *A.* Bono eſto animo: chartam tibi commodabo, nec deerit, 9) qui commodet 10) calamum. *C.* Agnoſco amorem tuum, 11) Andrea, grato animo. *A.* Sed cave, ne poſthæc quidquam rerum tuarum obliviſcaris. *C.* Cavebo. 12.)

NOTÆ.

1) Ita vocat ad differentiam matutinæ, de qua Dec. 2. Colloq. 1. 2) poſtmeridianus & pomeridianus dicitur, ut tempus poſtmeridianum, die Nachmittags-Zeit. 3) ſc. tempus

tempus est. 4) h. e. Volo ire, vel ibo. 5) penna tua. 6) calamum. 7) O ich Vergessener! 8) sume animum, sey gutes Muths. 9) sc. aliquis, es wird auch an niemand fehlen. 10) sc. tibi. 11) erga, vel in me. 12) sc. ne quid posthac rerum mearum obliviscar.

VOCABULA.

Scriptio, onis, 3. f. das Schreiben.
Disco, didici, 3. lernen.
Ludo, si, sum, 3. spielen.
Eo, ivi, itum, gehen.
Calamus, i, 2. m. ein Kornstengel, Halm, Pfeiffe.
Calamus scriptorius, Schreib-Feder.
Calamus cassiæ, Zimmet-Rohr.
Unicus, a, um, adj. einig, einzig.
Commodare, leihen.
Pædagogus, i, 2. m. Schul-Zuchtmeister.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Andream* vocant Græci *virilem & fortem.* Conf. 1. Cor. 13, 11. & cap. 16, 13. Ephes. 4, 13. 14. & *Christophorum*, qui Christum fert. Conf. Ephes. 3, 17. Luc. 2, 25-32. 2. Cor. 13, 5.

2. *Pædagogus*, vox græca, παιδαγωγὸς, cui ducendi & regendi pueros provincia tradita est.

3. *Deerit.* Verbum *Est, sunt, erit*, elegantem admittit Relativum, *Qui, quæ, quod*, omisso antecedente *Aliquo*, cum Indicativo vel Conjunctivo. Ut: *Est, cui des*: pro, *est aliquis, cui des.* Vid. Erasm. Lib. I. de Copia Verb. cap. 49.

II.

Aliud ejusdem Argumenti.

C. Johannes dedit mihi pennam mutuam, 1) sed quæ respergit chartam atramento. *A.* Porrige mihi illam, mutabo 2) ejus cuspidem 3) aut curenam scalpello, nisi hujus 4) acies fuerit obtusa.

ſa. 5) *C.* Apta nunc eſſet ſcribendo, 6) niſi cuſpidem haberet nimis tenuem. *A.* Porrige eam 7) iterum, mox fiet craſſior. *C.* Hem! facta eſt duriuſcula 8) & nimis craſſa. *A.* Augebo crenam, & cuſpidem acuam ad minutas literas. 9).

NOTÆ.

1) h. e. commodavit, mutuavit mihi pennam. 2) acuminabo. ſchärffen 3) Spitze. 4) Scalpelli. 5) ſive, uſu trita: nam calami uſu triti & obtuſi male pingunt literas. 6) ſc. bene, vel ad bene ſcribendum: quales ſunt calami recentes à ſcalpro, vel ſcalpello. 7) pennam. 8) ſc. cuſpis ſive crena, ſie iſt etwas zu hart und gar zu dick oder grob worden. 9) ſc. benè pingendas, ſive ſcribendas, zu reinen Buchſtaben.

VOCABULA.

Dare alicui pennam mutuam, einem eine Feder leyhen.
Reſpergere, beſpritzen.
Scalpellum, i, 2. n. Federmeſſer.
Acies, ei, 5. f. Schärffe, Schneide.
Obtuſus, a, um, adj. ſtumpff.
Tenuis, e, adj. dünn.
Porrigo, rexi, ctum, 3. darreichen.
Craſſus, a, um, dick.
Augere crenam, den Spalt gröſſer machen.
Pennam acuere, die Feder ſchärffen, zuſpitzen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Cuſpis*, proprie pars eſt exacuta in gladio aut haſta: hoc loco in penna ſive calamo.

2. *Crenam.* Subtilem illam, & parvam ſectionem in dorſo calami, quo is atramentum remittat, ſimilitudine quadam *crenam* vocare ſolemus. Nam extremum ſagittæ, cui nervus inſeritur, & ſumma arcus cornua, quibus extrema nervi aptantur, *crenæ* dicuntur à *ſectionibus* & *inciſuris*. Vid. Jac. Pont. Vol. 1. Progymn. Dial.

III. *Ali-*

III.

Aliud ejusdem Argumenti.

A. Ubi emisti chartam tuam, Christophore, chartam nullius pretii? 1) *C.* Tua 2) non est melior. *A.* Est sane: 3) non enim perfluit, 4) sicut tua, 5) quae fere omnes litteras transmittit, instar emporeticae, seu bibulae. *C.* Sic imposuit 6) mihi Sempronius, mercator. *A.* Aut potius chartarius seu chartarum confector mercatori. *C.* Certe poenitet emtionis meae, 7) qui non unam atque alteram plagulam, sed integrum emi scapum, seu codicem viginti quatuor plagulas continentem. 8).

NOTAE.

1) h. e. quae nullius est pretii, quae inutilis est ad scribendum. 2) Charta. 3) profecto melior, quam tua. 4) h. e. atramentum sive litteras transmittit. 5) Charta. 6) sc. *fraudem*, in qua locutione semper subauditur hic *Accusativus*. *Imponere alicui*, est *aliquem decipere*. 7) vel emisse, daß ichs gekaufft habe. 8) h. e. qui continet.

VOCABULA.

Charta nullius pretii sc. est, das Papier ist nichts nutz, nicht gut.

Charta literas transmittit, das Papier schlägt, beißt durch.

Instar, gleichwie.

Charta emporetica, Pack-Krämer-Papier.

Charta bibula, Lösch-Papier.

Imponere alicui, einen betrügen.

Chartarius, ii, 2. m. Papier-Händler.

Chartarum confector, Papier-Macher.

Plagula, ae, 1. f. ein Bogen Papier.

Integer, gra, grum, adj. gantz.

Scapus, i, 2. m. ein Buch Papier.

Codex, icis, 3. m. ein Buch.

Continere, 2. in sich halten.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Emporetica charta* dicitur, quæ scripturæ inepta, tantum involucra mercibus præbet, Krämer = Papier, Maculatur: dicta ab *Emporium*, ἐμπόριον, & hoc ab ἐμπορέω, i. e. *negotior*, Handelschafft treiben.

2. *Chartarius*, à Charta, quæ ex linteolis conficitur. Unde etiam deducitur *Chartophorus*, non qui *chartam*, sed icones vendit: qua voce D. Joh. Val. Andreæ utitur, Manipul. 3. Mythologiæ, Apolog. 21.

IV.

Aliud ejusdem Materiæ.

A. Ubi est regula 1) tua, Christophore? *C.* Non amplius scribo ad regulam. 2) *A.* Ergo eam da mihi mutuam. 3) *C.* Dabo, 4) si mihi dederis parum atramenti. *A.* Ipse habes atramentum. *C.* Habeo quidem, 5) sed est decolor, immo nimis spissum. *A.* Si spissum est, illud aquâ dilue, 6) dilutum 7) penna misce. 8) *C.* Factum est. 9) *A* Nunc literas pingis 10) munde ac eleganter. 11) *C.* Malo uti atramento scriptorio seu literario, quam sutorio. *A.* Cave, ne subvertas thecam arenariam, aut atramentum, nec amittas thecam calamariam.

NOTÆ.

1) Norma, Lineal 2) ich schreibe nicht mehr nach dem Lineal. 3) Regulam tuam mihi commoda. 4) eam tibi. 5) Atramentum. 6) h. e. tempera, vermische. 7) Si est aqua dilutum. 8) so rühre die Dinte mit der Feder untereinander. 9) h. e. Aqua dilutum est, i. e. atramentum aqua dilui, & penna miscui. 10) Scribis. 11) sauber und schön.

VOCABULA.

Atramentum decolor, bleiche Dinte, die die Farb verlohren.

Nimis

Nimis spissus, allzudick.
Diluere aqua, mit Wasser vermischen.
Pingere literas, schreiben.
Utor, usus sum, uti, gebrauchen, sich bedienen.
Atramentum scriptorium seu literarium, Schreib-Dinte.
Atramentum sutorium, Schuster-Schwärtz.
Subvertere, umkehren, umstossen.
Theca arenaria, Sand-Büchse.
Theca calamaria, Feder-Büchse, Schreib-Zeug.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Atramentum sutorium*, Græcis χάλκανθος, à quibusdam vitriolum. Galenus inter maximè noxia pharmaca numerat, nec tuto iis medicamentis admisceri putat, quæ per os assumuntur. Significat item colorem, quo corium sutores ad calceos faciendos imbuunt. Vid. Pontan. Progymnasm. Vol. 1. Dial. 23.

2. *Theca calamaria*. Ita Martialis, Lib. 14. Epigram. 19. Pro qua quidam usurpant *calamarium*, ubi *calami* reconduntur: sed quia hoc tempore plerique penna scribunt, potest etiam dici *pennarium*; nisi malumus *thecam* appellare *pennariam*, *calamariam*, *graphiariam*, inquit Valla Lib. 1. Eleg. cap. 6.

V.

De recitatione lectionis.

C. Recita 1) lectionem tuam, Andrea. *A.* Nondum eam teneo. 2) *C.* Ergo eam disce: quid cessas? mox enim recitanda erit, 3) & quidem memoriter. *A.* Memoria mea admodum debilis est, & recusat 4) lecta 5) retinere. 6) *C.* Erras: Nam culpa non est in memoria, sed in animo, qui piger est. *A.* Tu vero, Christophore, quomodo comprehendis ea memoriter, quæ legis? 7) *C.* Subinde 8) me excito ad discendi ardorem 9) & sine ulla defatigatione aut tædio 10) lego, quæ mihi

mihi demandata sunt, 11) totiesque attente 12) relego, donec pensum meum 13) sine hæsitatione 14) recitare possim.

NOTÆ.

1) Sage auf. 2) lectionem novi, sive intelligo. 3) nobis. 4) non potest. 5) quæ legi. 6) Sie kan das Gelesene nicht behalten. 7) wie fassest du das ins Gedächtniß, was du liesest? 8) h. e. frequenter, crebro, *sed*, ut inquit Valla, *cum quodam intervallo*, immerdar, offtmal. 9) Ich muntere mich auf zu einer Begierde und Lust zu lernen. 10) ohne einzige Ermüdung und Verdruß. 11) Pædagogus, seu Præceptor demandavit, h. e. diligenter mandavit. 12) fleißig und aufmercksam. 13) lectionem meam. Vid. supra not. ad Decur. 2. Colloq. 4. 14) Tractuque verborum, ohne Stotterung.

VOCABULA.

Ardor, oris, 3. m. die Brunst, hefftige Begierde und Verlangen.
Mando, avi, atum, 1. befehlen.
Demandare, eyfferig anbefehlen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Memoriam* Cicero *custodem ingenii*, *thesaurum rerum inventarum*: & Quintilianus *thesaurum eloquentiæ* appellat.

VI.

De repetitione 1)

A. Repetitio est mater studiorum. *C.* Quis ita dixit? *A.* Pater meus. *C.* Num etiam pater te docet domi? *A.* Utique, 2) præcipue me excitat ad repetitionem eorum, 3) quæ in schola audivi, legi & didici. *C.* Siccine tibi commendat repetitionem ista sententia, quam proferebas? *A.* Omnino ita est. 4) *C.* Jam intelligo mentem tuam. *A.* Nisi

Nisi ego domi repetivissem ea, quæ heri didici, 5) jam me Præceptor deprehenderet imparatum, sicut te. 6) *C.* Metuo sane, ne vapulem. 7)

NOTÆ.

1) De ea supra dictum, Decur. 2. Colloq. 4. 2) me domi docet. 3) vel, ut repetam, sive relegam ea. 4) mihi commendat repetitionem. 5) in schola. 6) deprehendit. 7) cædar, verberer, ich befürchte, daß ich geschlagen werde.

VOCABULA.

Excitare aliquem, einen aufmuntern.

Sententia, æ, 1. f. ein kurtzer Spruch, Lehr-Sprüchlein, Meinung.

Proferre, herfürbringen.

Deprehendere aliquem imparatum, einen unbereitet, der seine Lection nicht gelernt hat, antreffen.

Vapulo, avi, atum, 1. Verb. neutro-passiv. ich werde geschlagen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Imparatus*, proprie dicitur non instructus viribus copiisque: hic, qui lectionem suam non didicit.

VII.

De disciplina.

C. Vapulavi, 1) Andrea: utinam nulla esset disciplina! *A.* Jure castigatus es: Nam qui non curat *verba*, *verbera* accipit non immerito. 2) Certe sine *disciplina* nemo recte discit. Unde nomen 3) forsan habet à *discendo*. *C.* Bene mones, discam, & bene me geram, 4) ne cogar, manum, aut nates (sit venia verbo) ferulæ subjicere, aut asini, qui pigrorum est socius, simulacrum sustinere, seu portare. *A.* Prudenter ages.

NOTÆ.

1) Ich bin geschlagen worden 2) nicht unverdienter, unschuldiger Weis. 3) i.e. deducitur, derivatur, oritur, fluit, woher es den Namen hat. 4) ich will mich wohl halten. 5) mit Züchten zu reden, mit Ehren zu melden.

VOCABULA.

Jure, mit Recht, billicher Weise.
Castigare, züchtigen mit Worten, oder Schlägen.
Curare verba, auf Worte geben.
Verbere, ablat. sing. est in usu, in plurali verbera, Schläge, Streiche.
Subjicere manus aut nates ferulæ, die Hände oder Hinterbacken der Ruthen unterwerffen.
Nates, pl. f. das Gesäß.
Piger, gra, um, adj. faul.
Asini simulacrum sustinere, seu portare, die Esels-Kappen tragen.
Prudenter agere, klüglich verfahren.
Cogo, qs. coago) coëgi, coactum, 3. ich treibe zusammen, ich zwinge.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Disciplina*, significat primo, Zucht: ut, *disciplina puerilis*, vel *pueritiæ domestica*, Kinder-Zucht, Hauß-Zucht: Secundo, ponitur pro *præcepto*, sive *præscripto*, ex quo agendum est, ut hic.

2. *Jure*, Ablativus solus, idem est, quod merito.

3. *Verber*, *eris*, sed is Nominativus raro est in usu, *Verbere*, *Verbera*, &c. usitate dicimus. Significant autem *Verbera* tum verberationem ipsam, tum instrumentum, ut vel *ferulam* vel *flagellum*, vel *fustem*, quo quis cæditur, ein Schlag, und alles, damit er geschlagen wird. Vid. Val. Lib. 6. cap. 47.

4. *Verba*, *verbera*. Unde Cic. Lib. 3. Tuscul. cap. 27. *Pueros*, inquit, *matres* & *magistri castigare solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus.*

5. *Sine disciplina nemo recte discit:* Nam nulla est disciplina, in qua non peccando discatur.

6. Nates,

6. *Nates, natium*, fœmininum plurale à Νέατος, i. e. ultimus. *Pulvinus carneus geminus, sessioni accommodus:* Ita Dentzler, Clavi Ling. Lat. Arſchbacken. Hebr. שֵׁת, quasi *Positivum* dicas, *quod homo sessurus se in eam partem ponat.* Buxtorff. Lex. Hebr.

7. *Sit venia verbo.* Sic latini libertatis veniam sibi dari postulant, & excusant fœditatem vel commemorationem rei turpis vel subturpis: & hoc *præfari honorem* à latinis dicitur. *Præfari autem honorem dicimur, cum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis mollimus, cujus commemoratio, seu potius perceptis alioqui pudicis auribus indigna esset.* Hoc autem modo faciunt: Auribus honor sit, salva gratia, &c. Vid. Rod. Goclen. Obs. Lat. Ling.

8. *Ferula*, Græcis Νάρθηξ; Germaniæ ignota: *nascitur autem sponte in Italia, fœniculo similis*, Auctore Plinio, Lib. 13. c. 22. Propter levitatem Pædagogis in usu fuit, ad castigandos pueros, atque item milites, (ut Erasmus notat in prov. *contra retiarum ferula*) *si quid contra disciplinam* facere *viderentur*. Hinc Martiali Lib. 10. Epigram. 62. *Sceptra Pædagogorum* dicuntur.

9. *Asinus pigrorum socius, & natura dedecus*, ut eum Phædrus appellat apud Taubmannum in Virgil. culicem, p. 64. Germanicum Eſel, potest ex Hebræo עָצֵל Azal, quod *pigrum esse* notat, commode deduci: quia & asini pigritia in proverbium abiit. Vid. D. Joh. Henr. May, Hist. Anim. sacr. L. 2. c. 5. p. 415.

10. *Simulacrum* seu *auriculas Asini*, quas à nonnullis Ludimagistris Crucenaci & alibi, pigrorum discipulorum capitibus vidi impositas.

11. *Prudenter ages*, si scilicet bene te geres & disces. Nam *quia vita brevis, nec vivimus ante diluvium, die noctuque studiis incumbendum, quod jam* diligentia *est, qua maxime studioso literarum (unde etiam nomen accipit) est opus. Sed tamen &* diligentiæ *suus esse modus debet, ne animus & valetudo nimio labore frangatur*; doctissimus inquit Jesuita Bohuslaus Balbinus, Verisimil. Human. discipl. c. 13. Docum. 8. & 9. p. m. 346.

VIII.

De silentio.

A. Heus! Christophore, rem tibi narrabo lepidam. C. Mitte me, garrule: Præceptor nobis imposuit silentium. 1) A. Non ignoro: 2) nec clamabimus, nec clara voce loquemur, sed admodum submissa. 3) C. Nec submisse garriendum est. 4) A. Quis audiet? 5) nemo. C. Erras, Deus audit, qui ubique præsens est. 6) A. Silebimus!

NOTÆ.

1) Sic Germanici: Er hat uns das Stillschweigen aufgelegt; er hat uns befohlen still zu schweigen. 2) ich weiß gar wohl. 3) sc. voce loquemur, wir wollen nicht laut, sondern leise reden. Submissa voce loqui, mit halber, leiser Stimme reden. Submissè adv. leise. 4) sc. nobis, h. e. debemus garrire. 5) Si submissè garriemus. 6) h. e. in omni loco. Der allenthalben gegenwärtig ist.

VOCABULA.

Narro, avi, atum, 1. erzehlen.
Lepidus, fein, artig.
Sileo, lui, 2. still seyn, nicht reden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Deus ubique præsens.* Recte igitur apud Cic. Lib. 2. de Legib. c. 11. Thales dixit: *Homines existimare oportere, Deos omnia cernere. Deorum omnia esse plena.* Et Plaut. Captiv. act. 2. sc. 2. v. 63. *Est profectò Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque & videt.* Non possum, quin addam Jesuitæ Drexelii elegans juxta & pium monitum: *Lasciva cogitas, & non erubescis? Deus videt, impudica loqueris, nec te pudet? Deus audit; illuc rapacem, huc libidinosam manum extendis, nec cohorres? Deus præsens est; quidquid agas, quidquid cogites quibuscunque in latebris condas, memento te ubique deprehensum.* Horolog. Angel. Tutelar. Hor. 10. Noct. cap. 5. p. 249.

IX. De

IX.

De Praeceptoris absentia.

A. Præceptor evocatus eſt, 1) ludamus, condiſcipuli! *C.* Tace, 2) ludio, ſin minus, 3) ludetur in tergo tuo. 4) *A.* Ecce delatorem! ſiccine omnia deferenda ſunt ad Præceptorem? 5) *C.* Omnino: 6) is enim veſtri obſervationem mihi injunxit. 7) *A.* Tibine; 8) quid te curamus? 9) *C.* Ergo vos virga curabit, 10) mentemque veſtram male ſanam ſanabit. 11) Quid? quod 12) ſtatim aderit Præceptor. Interea vero Deum habes præſentiſſimum. 13)

NOTÆ.

1) Iſt beruffen worden. 2) de ludendo, ludo vel luſu, qui *voluptatis* eſt, ut ait Valla, Lib. 4. c. 16. 3) taces, ſiles, q. d. wo du aber nicht ſchweigen wirſt. 4) wird der Lehrmeiſter dir den Buckel, Rucken brav abſchmieren. 5) vel Præceptori, ad imitationem Nepotis, Juſtini, Tacitique. 6) mihi deferenda ſunt, debeo vel me oportet deferre. 7) Præceptor enim mihi injunxit (ſc. munus) h. e. mandavit, provinciam dedit, tradidit, ut vos obſervarem, i. e. *animo & oculis vos cuſtodirem, in modum ſpeculatoris*, quemadmodum Valla expoſuit Lib. 4. c. 3. Germanicè: er hat mir die Aufſicht auf, oder über euch anbefohlen; er hat mir befohlen, daß ich ein Aug und Auffehen auf euch haben möchte. 8) Præceptor injunxit, ut nos obſervares? 9) was fragen wir nach dir? 10) heilen, zurecht bringen. 11) h. e. vos inſanientes & ſtultos ſanos faciet, q. d. euch tolle Narrn verſtändig machen. 12) Ja vielmehr, ja was noch mehr iſt? 13) iſt dir GOtt am nächſten. Pſalm. 139, 7. 8. 9. 10.

VOCABULA.

Evocare, heraus fordern, eilend aufbieten.
Ludamus, laſt uns ſpielen.

Ludio, onis, 3. m. Gauckler, Spieler.
Tergum, i, 2. n. der Rucken an Menschen und Vieh.
Delator, oris, 3. m. Angeber, Blau-Strumpff.
Deferre aliquid, etwas angeben.
Omnino, adv. allerdings.
Observatio, onis, 3. f. das Aufmercken, Beobachtung.
Injungere, 3. ernstlich befehlen, einbinden.
Curare, sorgen, bestellen, curiren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Ludamus*, a ludus, qui proprie quodvis ludicrum est, ad animi recreationem, corporis exercitationem fieri solitum.

2. *Quid* adsciscit *quod*, vehementius instandi gratia, vel, cum rem majoris ponderis, quam fuit, quæ præcessit, dicere volumus. Vid. Cellar. Comp. Gram. Lat. p. 118. Schwarzius ad Tursellin. de particul. c. 187. membr. 4. Obser. 40. p. 1088. ait: *sine dubio elliptica est locutio*: pro: Quid illud est, quod; quid illud taceo, quod; *vel certe simile quidpiam prætermissum*.

X.

De testimonio diligentiæ.

A. Heri non accepi merendam. *C.* Quæ erat causa? 1) N. Negatum diligentiæ testimonium. 2) *C.* Cur illud tibi negaverat 3) Præceptor? *A.* Quia in studiis haud fueram diligens. *C.* Defectus diligentiæ justa est causa merendæ negandæ. 4) *A.* Id expertus sum damno meo. *C.* Sic, *quæ nocent, docent*; 5) & qui nihil meretur, nullam accipit merendam.

NOTÆ.

1) Cur non acceperis? 2) sc. à Præceptore, h. e. quod Præceptor mihi non dedit testimonium diligentiæ meæ, weil ich kein Zeugniß meines Fleisses wegen bekommen

men hatte. 3) negare, abschlagen, versagen. Dare recusaverat. 4) h. e. quamobrem merendam tibi negaverit. 5) παθήματα, μαθήματα: h. e. *nocumenta, documenta*, i. e. mit Schaden wird man klug.

VOCABULA.

Merenda, æ, f. 1. Vesper=Brod.

Defectus diligentiæ, der Mangel des Fleisses, i. e. wann man nicht fleißig gewesen.

Experior, pertus sum, 4. erfahren.

Noceo, cui, citum, 2. schaden.

Mereo, ui, itum, & mereor, meritus sum, ere, eri, 2. verdienen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. Veteres & *prandium*, qui medio die caperent, *merendam* dicebant, auctor Festus apud Perottum Cornu Copiæ col. 1170 Isidorus & Apulejus *Merendam*, sive cibum ante cœnam, *Antecœnium*: ille Lib. 20. Orig. c. 2. *Merenda*, inquit, à quibusdam *Antecœnia vocabantur*: hic Lib. 2. Metam. p. 121. Quanquam doctissimus Lipsius Lib. 1. Miscell. epist. 65. sub finem hæsitat, an forte utroque loco *Antecœna*, quatuor syllabis, reponenda sit. At illustris Josephus Scaliger non à *Meridie*, sed à *Merendo* deducit: *quod iis, qui merebant acre*, i. e. *mercenariis mitterentur*, à domino vel *Conductore dabatur*. Quo nihil verius. Neque enim in meridiem, sed post meridiem, sub vesperam scilicet, *merenda apponebatur*. Itaque bene Isidorus l. c. *Merenda*, inquit, *est, qui declinante die sumitur cibus*. Germanicè, Vesper=Brod, 4. Uhr Brod.

Decuria quinta.

De rebus sacris.

JACOBUS & MARTINUS.

I.

De scriptura sacra.

J. Quis est novus iste liber, in quo tam atten-

te

Ludio, onis, 3. m. Gauckler, Spieler.
Tergum, i, 2. n. der Rucken an Menschen und Vieh.
Delator, oris, 3. m. Angeber, Blau-Strumpff.
Deferre aliquid, etwas angeben.
Omnino, adv. allerdings.
Observatio, onis, 3. f. das Aufmercken, Beobachtung.
Injungere, 3. ernstlich befehlen, einbinden.
Curare, sorgen, bestellen, curiren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Ludamus*, a ludus, qui proprie quodvis ludicrum est, ad animi recreationem, corporis exercitationem fieri solitum.

2. *Quid* adscifcit *quod*, vehementius instandi gratia, vel, cum rem majoris ponderis, quam fuit, quæ præcessit, dicere volumus. Vid. Cellar. Comp. Gram. Lat. p. 118. Schwarzius ad Tursellin. de particul. c. 187. membr. 4. Obser. 40. p. 1088. ait: *sine dubio elliptica est locutio;* pro: Quid illud est, quod; quid illud taceo, quod: *vel certe simile quidpiam prætermissum.*

X.

De testimonio diligentiæ.

A. Heri non accepi merendam. *C.* Quæ erat causa? 1) *N.* Negatum diligentiæ testimonium. 2) *C.* Cur illud tibi negaverat 3) Præceptor? *A.* Quia in studiis haud fueram diligens. *C.* Defectus diligentiæ justa est causa merendæ negandæ. 4) *A.* Id expertus sum damno meo. *C.* Sic, *quæ nocent, docent;* 5) & qui nihil meretur, nullam accipit merendam.

NOTÆ.

1) Cur non acceperis? 2) sc. à Præceptore, h. e. quod Præceptor mihi non dedit testimonium diligentiæ meæ, weil ich kein Zeugniß meines Fleisses wegen bekommen

men hatte. 3) negare, abschlagen, versagen. Dare recusaverat. 4) h. e. quamobrem merendam tibi negaverit. 5) παθήματα, μαθήματα: h. e. *nocumenta, documenta*, i. e. mit Schaden wird man klug.

VOCABULA.

Merenda, æ, f. 1. Vesper-Brod.

Defectus diligentiæ, der Mangel des Fleisses, i. e. wann man nicht fleißig gewesen.

Experior, pertus sum, 4. erfahren.

Noceo, cui, citum, 2. schaden.

Mereo, ui, itum, & mereor, meritus sum, ere, eri, 2. verdienen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. Veteres & *prandium*, qui medio die caperent, *merendam* dicebant, auctor Festus apud Perottum Cornu Copiæ col. 1170. Isidorus & Apulejus *Merendam*, sive cibum ante cœnam, *Antecœnium*: ille Lib. 20. Orig. c. 2. *Merenda*, inquit, à quibusdam *Antecœnia vocabantur*: hic Lib. 2. Metam. p. 121. Quanquam doctissimus Lipsius Lib. 1. Miscell. epist. 65. sub finem hæsitat, an forte utroque loco *Antecœna*, quatuor syllabis, reponenda sit. At illustris Josephus Scaliger non à *Meridie*, sed à *Merendo* deducit: *quod iis, qui merebant acre*, i. e. *mercenariis mitterentur*, à domino vel *Conductore dabatur*. Quo nihil verius. Neque enim in meridiem, sed post meridiem, sub vesperam scilicet, *merenda apponebatur*. Itaque bene Isidorus l. c. *Merenda*, inquit, *est, qui declinante die sumitur cibus*. Germanicè, Vesper-Brod, 4. Uhr Brod.

Decuria quinta.

De rebus sacris.

JACOBUS & MARTINUS.

I.

De scriptura sacra.

J. Quis est novus iste liber, in quo tam atten-

te

te legis, Martine? *M.* Est scriptura sacra, sive sacer codex. 1) Hunc librum nec novi, nec habeo. *M.* Cares 2) sane egregiô thesaurô. *J.* Itane hic liber thesaurus est? *M.* Est certe, 3) & quidem thesaurus quovis auro præstantior 4). *J.* Cur eum 5) habes loco thesauri? *M.* Quia continet verbum ac voluntatem Dei de nostra salute, inprimis æterna. Unde eam 5) vocare soleo epistolam. *J.* Qualem? 7) *M.* Missam 8) ad humanum genus. J. Si tantum est hujus 9) pretium 10) rogabo patrem meum, ut mihi eundem 11) emat.

NOTÆ.

1) aut Biblia, orum, 2) dir fehlt, mangelt. 3) Thesaurus. 4) h. e. quam quodvis aurum. 5) sc. librum, sacrum codicem. 6) sc. sacram scripturam. 7) epistolam. 8) sc. à Deo. 9) wann das Buch so viel werth ist. hujus sc. libri. 10) hoc est, si hic liber est tam pretiosus 11) librum sacrum codicem.

VOCABULA.

Scriptura sacra, Sacer codex, Biblia, orum, Literæ sacræ, } die Heil. Schrifft.
Egregius thesaurus, ein vortrefflicher Schatz.
Quivis, quævis, quodvis vel quidvis, ein jeder.
Voluntas, atis, der Wille.
Salus, utis, 3. f. das Heyl.
Locò, anstatt.
Emo, emi, emtum, 3. kauffen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Thesaurus* proprie conditorium sive loculamentum significat, ubi quid servandi gratia conditur: deinde rem ipsam, quæ conditur, seu quidquid pretiosum reponitur in crastinum, i. e. futurum usum: hoc loco, quidquid

quid

quid homini hac in vita ad salutem æternam consequendam maxime salutare, & summè necessarium est.

II.

De Creatione.

J. Quid legis, Martine? *M.* Historiam creationis. 1) *J.* Quis est creator? *M.* Deus omnipotens. *J.* Quid creavit? *M.* Mundum universum. 2) *J.* Quomodo? 3) *M.* Ex nihilo, per infinitam suam potentiam. 4) *J.* Quando? 5) *M.* In principio omnis temporis creavit omnia, eaque sex dierum spatio 6) digessit, atque exornavit quam sapientissimè. *J.* Quem in finem! 7) *M.* Ut manifestaret suam potentiam, bonitatem ac sapientiam.

NOTÆ.

1) h. e. expositionem rerum omnium creatarum, die Geschicht von Erschaffung der Welt. Historia creationis exstat Gen. 1. & 2. 2) h. e. universi compagem, communem, ut Cicero vocat Lib. 2. de Natura Deorum c. 6. 2. *quasi Deorum atque hominum domum, aut urbem utrorumque*, die gantze Welt. 3) creavit mundum. 4) Conf. Psal. 33, 6. 5) creavit mundum sive cœlum & terram, uti Moses loquitur Gen. 1, 1. 6) vel, sex diebus, innerhalb sechs Tagen. 7) Zu welchem Ende?

VOCABULA.

Creatio, nis, 3. f. die Erschaffung.
Creator, oris, 3. m. Schöpffer, Urheber.
Ex nihilo, aus nichts.
Infinitus, a, um, adj. unendlich.
Principium, ii, 2. n. Anfang.
Tempus, oris, 3. n. die Zeit.
Spatium, ii, 2. n. Raum, Zeit.
Digerere, 3. ein jedes Ding an seinen Ort tragen.

Exorn-

Exorno, avi, atum, 1. auszieren.
Quam sapientissimè, sehr weißlich.
Manifestare, 1. offenbahren.
Potentia, æ, 1. f. Macht.
Bonitas, atis, 1. f. Weißheit.
Sapientia, æ, 1. f. Weisheit.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Digerere*, proprie est confusa congestaque in turbas secernere, & quodque in suum locum distribuere & ordinare, einrichten, ordnen, in Ordnung bringen: hoc autem loco significat miraculosam Dei omnipotentis secundum sex dies creationis singulos productionem.

2. *Quam*, eleganter superlativis additur, ut & Positivis.

III.

Aliud ejusdem Argumenti.

J. Quænam est nobilissima 1) rerum creatarum? *M.* Angelus ac homo. *J.* Quid est Angelus? *M.* Spiritus. *J.* Quid est Spiritus? *M.* Qui non habet corpus: 2) ipsam vero Angelorum naturam non intelligo. *J.* Quid ad nos Angeli? 3) *M.* Permultum sane. *J.* Quamobrem? *M.* Dati enim sunt nobis 4) ut Præsides, custodes ac comites. 5) *J.* Ubi hæc audivisti? *M.* Audivi sæpe in templo, & legi in sacris literis. Lege easdem, sic plura cognosces de Angelis. *J.* Sequar consilium tuum. 6)

NOTÆ.

1) sc. res. 2) h. e. *carnem* & *sanguinem*, ut ipse Christus exponit Luc. 24, 39. 3) sc. pertinent, was gehen uns die Engel an? 4) à Deo. 5) qui nos comitentur & in viis nostris custodiant, ut loquitur scriptura sacra Ps. 91, 11. Ps. 34, 8. 6) & legam sacras literas.

VOCA-

VOCABULA.

Nobilis, e. adj. (qs. noscibilis) berühmt, edel.
Præses, idis, 3. m. Fürsteher.
Custos, odis, 3. c. Hüter-erin.
Comes, itis, 3. c. ein Gefert.
Templum, i, 2. n. die Kirch.
Sacræ literæ, die Heilige Schrifft.
Idem, eadem, idem, pron. eben derselbe.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Creaturum*, sive conditarum. Nam *creatura*, usu tritissimum nomen, non satis latinum est: à Theologis tantum velut Latii jure est donatum, sicut & alia multa. Ens creatum vocant Philosophi, & scholastici Doctores.

2. *Angelus*, Gr. Ἄγγελος, officii vel ministerii nomen est, non naturæ sive substantiæ, significans *nuncium*. Latina hac voce usus est Seneca Epist. ad Lucil. 20. *Ego Angelus Epicuri*, si salva scriptura. Vide Lipsium h. l. Inde transfertur ad spiritus bonos, interpretes voluntatis divinæ, datosque custodes humano generi. Doctissimus Jesuita Drexelius *Aulicos* vocat *cœli*, Præfatione ad Horolog. Angeli tutelar. & Erasmus inde format fœm. Angela, ein Engel, die wie ein Engel so schön. Alii tamen, quos Ciceronianos vocamus (inquit Castalio in Dialogis sacris) semper dicere malunt *Genium*, quam *Angelum*: quæ tamen eorum in Genium lingæ latinæ superstitio venia non indigna est.

3. *Spiritus*, vel *Angelus est spiritus intelligens*, à corpore liber.

4. *Præsides*. Præses proprie est, qui provinciæ alicui aut populo præest, ein Landpfleger, Gouverneur: hoc autem loco iidem mihi esse videntur, qui Spartiano aliisque dicuntur *Protectores*, Σωματοφύλακες, h. e. electi ad custodiam corporis, Beschirmer, Fürsteher, Trabanten, Leib-Guarden.

5. *Templo*. Castalio, aliique malunt dicere *Fanum*; Quoniam vero *Templorum* vox tota gentilis, & supersti-

tione

tione plena, ideo eam detestabantur Christiani veteres, & sacris cœtibus destinatas ædes Ecclesias, potius *Basilicas, sacraria* appellabant. Nam templa *idolorum* tantum credebantur. Vid. Fabr. Thes. h. v. *Neque vocem,* Ecclesia ut noxam improbandam censet Rod. Goclenius Lib. 1. Problem. Gram. 27. *quod ea ut alias multis consuetudo jam utatur* pro *latina.*

IV.

Aliud ejusdem materiæ.

J. De homine autem quid mihi narras, Martine? *M.* Narra tibi ipse, quia ipse homo es. *J.* Cur me vocas 1) hominem? Ego sum 2) Jacobus, aut, si mavis, puer. *M.* Etiam pueri sunt homines. *J.* Cur? 3) *M.* Quia constant è corpore & anima immortali, uti 4) vides. *J.* Corpus 5) video, animam non video.

NOTÆ.

1) Nominas, nuncupas, appellas. 2) Vocor. 3) Pueri sunt homines. 4) Sicut, wie. 5) meum.

VOCABULA.

Narro, avi, atum, 1. erzehlen.
Voco, avi, atum, ruffen, 1. nennen.
Malo, ui, malle, lieber wollen.
Constare è corpore & anima immortali, aus einem Leib und unsterblicher Seele bestehen.
Video, di, sum, 2. sehen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Anima* dicitur ψυχή, sive id, quod naturaliter movet vivum corpus, seu principium, quo vivimus, sentimus, movemur & intelligimus, secundum Aristotelis definitiones. Plato legte dem Menschen eine dreyfache Seele bey, eine zornige, begierige, und vernünfftige;

tige; deren die erste in der Brust, die andre unter dem Hertzen, und die dritte im Kopff ihren Sitz habe. Die Vernünfftige mache den Menschen aus, und müsse über die beyde andern das Regiment führen. Durch die Zornige trachte der Mensch nach Macht, Sieg und Ehre; durch die Begierige falle er auf Speise, Tranck und Venerische Wercke, und die Vernünfftige bringe ihn zur Erkantniß der Wahrheit. Walchii Lex. sub art. Mensch.

V.

Aliud ejusdem materiæ.

J. Monstra mihi animam tuam, Martine? *M.* Monstro te tibi ipsi. *J.* Me equidem rideo, imo tango, sed animam meam tangere non possum. *M.* Anima nostra est spiritus, ideoque nec videri nec tangi potest. *J.* Fortasse eam 1) plane non habemus. 2) Habemus utique, 3) eamque intra nos 4) deprehendimus. *J.* Quomodo? 5) *M.* Nonne nos movet atque animat? 6) nonne sola anima est, quæ in te cogitat, intelligit, judicat, desiderat atque amat? *J.* Jam percipio. 7) in me vim animæ. 8) *M.* Immo 9) ne loqui quidem posses sine anima 10.)

NOTÆ.

1) Animam. 2) vielleicht haben wir sie gar nicht. 3) certe animam. 4) in uns. 5) intra nos deprehendimus. 6) gibt sie uns nicht das Leben? animare, beleben, beseelen. 7) deprehendo. 8) operationem, die Krafft und Würckung. 9) vel *imo*, eligendi seu corrigendi potius Adverbium, quam affirmandi, Ja. 10) h. e. si animam non haberes.

VOCABULA.

Monstrare, zeigen.
Anima nec videri nec tangi potest, die Seele kan man weder sehen noch fühlen.

Deprehendere, wahrnehmen.
Moveo, vi, tum, 2. bewegen.
Cogitare, gedencken.
Intelligo, lexi, lectum, 3. verstehen.
Ne quidem, nicht einmahl.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Equidem*, quasi *ego quidem*; unde & primæ personæ rectissime jungitur. Servius ad Virgilii Lib. I. Æneid. v. 576. *In Virgilio* inquit, Equidem, ego quidam *ubique significat*; sed in *aliis*, & *pro Quidam* tantum ponitur: ut *Tullius:* Ego quidem cæteras tempestates.

VI.

De Morte.

M. Cur fles, Jacobe? *J.* Quia soror mea mortua est. *M.* Doleo, 1) & tecum lugeo. 2) sed ubi 3) nunc est? *J.* Mortua est, ut audivisti 4) *M.* Itane plane periit? 5) *J.* Corpus quidem video, sed exsangue 6) & vitæ expers. Nunc vides, quid corpus sit sine anima. *J.* Video, sed ubi anima sororis meæ sit, nescio. *M.* Fuitne soror 7) tua pia? *J.* Fuit sanè, 8) *M.* Ergo ejus anima est in cœlo, in sede beatorum.

NOTÆ.

1) Es ist mir leyd, 2) in luctu sum, ich betraure sie mit dir. 3) h. e. in quo loco. 4) a me. 5) mortua est. 6) erblaßt, blutloß, todt. 7) ist deine Schwester fromm gewesen? 8) profecto, fürwahr.

VOCABULA.

Fleo, evi, etum, 2. weynen.
Morior, mortuus sum, sterben.
Perire, umkommen, verderben.
Sedes, is, 3. f. der Sitz.

Beatus

Beatus, a, um, selig.
Vitæ expers, ohne Leben.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Flere*, est emittere lacrimas & vocem: *plorare*, lacrimas tantum: *gemere*, in pectore: *Ejulare* est sublata voce flere, quod ad mulieres pertinet. *Lamentari*, est voce querula, & tristi oratione calamitatem testari suam. Hæc Muretus in Terent.

2. *Perire*, proprie est interire, ut, perire funditus, Horat. hoc loco, pro mori ponitur, sive vivendi facere finem. Quo sensu & Christiani scriptores usi: Non quod penitus interiret homo: extincta ipsa anima quoque, sed quod separata hac, corpus tantum desideret, difflueretque ad tempus.

3. *Fuit pia.* Hoc Deus solum exigit, ut æquum colamus, & faciamus, & pietatem amemus, nosque erga eum submisse geramus: Nam pietas ad omnia utilis est, habens promissionem hujus & futuræ vitæ. 1. Tim. 4, 8.

VII.

De reditu in vitam.

J. Cras non potero venire in scholam. *M.* Quamobrem? *J.* Sepelietur soror mea. *M.* Video te nunc hilarem: cur non amplius luges? *J.* Quia audivi eam 1) aliquando excitatum iri 2) & redituram esse 3) in vitam. *M.* Quando? 4) *J.* Die hujus mundi extremo. 5) Interea mortem meditabimur. *J.* Bene mones: nam etiam nos mortales sumus.

NOTÆ.

1) Sororem meam. 2) h. e. quod soror mea aliquando excitata fuerit. Nota, *Futurum Infinitivi passivi esse immobile, & omni genere ac numero jungi.* 3) h. e. quod sit reditura in vitam. 4) excitabitur & redibit in vitam. 5) ultimo, novissimo, h. e. postremo, quod, quæ re-

 center

center fiunt, ultimum locum habent; am jüngsten, letzten Tag.

VOCABULA.

Reditus, us, 4. Wiederkunfft.
Sepelio, ivi, pultum, 4. begraben.
Hilaris, e, adj. frölich.
Aliquando, desmaleins, h. e. aliquo tempore, Adv. Temporis.
Excito, avi, atum, 1. aufwecken.
Mortem meditari, den Tod fleißig betrachten, an denselben gedencken.
Mortalis, e, adj. sterblich.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Sepelire* nonnullis dicitur esse à *sepeliendo*, *quia cadaver terra sepelitur*: aliis ab Hebr. *Sebal*, h. e. *portare*, *sc. in terram*.

2. *Mortem meditabimur*. Vis esse immunis à morte æterna? mortem assiduè cogita. Nemo male moritur, qui semper se moriturum cogitavit. Crede mihi, nil æque tibi proderit ad damnationem effugiendam, quam frequens mortis cogitatio.

3. *Mortales sumus*. Igitur vive memor lethi: fugit hora, & nihil est annis velocius: rigidum jus mortis est, & inevitabile: moriendum est. Cum nascimur, huic tributo subjicimur, moriendum est. Quid profueris in vita, mors dicet. Ergo, dum licet, operare & profice, est qui reddat labori tuo præmium; pié monet Drexelius Horolog. Angeli Tutelar. Hora 4. diei, p. 39. Conf. Thom. à Kemp. de Imit. Christo, Lib. 1. c. 23. §. 1. 2.

VIII.

De extremo judicio.

J. Cur ita contremiscis, Martine? *M.* Fulgurat, 1) & mox tonabit. 2) *J.* Meminerimus judicii extremi: ubi Deus inter fulgura ac horrenda tonitrua nos citabit ad tribunal suum. M. Quem in finem?

finem? 3) ℣. Ut ipsi, tanquam supremo judici, rationem reddamus vitæ nostræ. M. Simulabo, me fuisse pium. ℣. Pudeat te simulationis tuæ, impudens simulator! num putas, fieri posse, 4) ut Deum fallas? *M.* Agnosco errorem meum, &, me errasse, fateor 5) ℣. Non solum errorem, sed etiam malitiam tuam agnosce, & exue.

NOTÆ.

1) h. e. cœlum fulgur emittit. 2) sc. cœlum. 3) nos citabit ad tribunal suum? 4) i. e. quod fieri possit. 5) h. e. quod erraverim.

VOCABULA.

Judicium extremum, das lezt oder jüngste Gericht.
Contremiscere, & contremere, 3. erzittern.
Fulgurat, es blizt. impers.
Fulgur, uris, 3. n. Bliz.
Horrendus, a, um, erschrecklich.
Tonitru, u, 4. n. Donner.
Citare ad tribunal, für den Richterstuhl fordern.
Quem in finem? zu welchem Ende?
Supremus judex, der höchste Richter.
Superius, adj. der oben ist: superior, comp. us, n. höher: Supremus, a, um, adj. vel summus, der Oberste.
Rationem reddere vitæ suæ, von seinem Leben Rechenschafft geben.
Simulare, sich stellen, fürgeben.
Pudeat te simulationis tuæ, schäme dich von wegen deiner Heucheley.
Impudens simulator, unverschämter Heuchler.
Num putas, meinst du wohl?
Exuere malitiam, die Boßheit ablegen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Citabit.* Latinis *citare est palam vocare præconis voce,*

voce, ut docet Asconius Pedianus in 3. Verrin. Cicer. & Duarenus Lib. 1. Disput. Annivers. cap. 7.

2. *Simulantur* falsa, quæ non sunt. *Simulamus*, inquit Servius, *quod non sumus: dissimulamus*, quod sumus. Optime Jov. Pontanus Lib. 2. de Serm. c. 1. *simulare*, inquit, *nil aliud est, quam sub veritatis specie velle decipere.*

3. *Malitia* est perversitas, cum quis data opera male agit.

IX.

De vita & morte.

J. Eheu! migravit 1) hinc Christophorus, amicus noster. *M.* Quorsum? 2) *J.* Ad vitam æternam, depositis corporis exuviis. 3) *M.* Quando? 4) *J.* Hodie circa horam septimam matutinam. 5) *M.* Heu! optimum Christophorum! 6) *J.* Recte eum vocas optimum. Nam Christum 7) ferebat in animo, ut nomen ejus indicabat. 8) *M.* Ergo nec dubito, eum frui 9) vita æterna. *J.* Nec est, 10) quod dubites. 11) Pii enim moriuntur beate, sed impii post hanc vitam subeunt mortem æternam.

NOTÆ.

1) sc. de, vel ex vita. Hinc, est adv. de loco. Sic *demigravit ex hominum vita*, *emigravit*, er ist von der Welt abgeschieden. 2) hinc migravit? 3) dum corporis exuvias deposuit. 4) ad vitam æternam migravit. 5) heut früh gegen 7. Uhr. 6) Ach! der gar gute Christoph. Interjectio dolentis, quæ Nom. Dat. & Accusativo jungitur. 7) Vide supra Decur. 4. Colloq. 1. 8) dann Christophorus kommt her von χριστὸς, Christus, und φέρω, fero. 9) pro, quin is fruatur vita æterna. Nota: Ciceronem verbo *non dubito* particulam *quin* subjicere, pro qua Corn. Nep. *Infinitivum* substituit, in Præfat. §. 1. *quem apud Oratores respuit.* Vid. Denzler. Compend. Gram.

Gram. Eleg. cap. 9. reg. 7. Lit. a. 10) sc. opus. 11) du hast auch nicht Ursach zu zweiffeln.

VOCABULA.

Eheu! ach! Interj. dolentis.
Migrare, ausziehen, wandern.
Deponere corporis exuvias, die Hütte des Leibs ablegen, i. e. sterben.
Exuviæ, arum, 1. f. pl. ausgezogene Kleider, Haut. Leonis, Löwen-Haut, Serpentis, Schlangen-Balg.
Exuviæ bubulæ, ein Farren-Schwantz oder lederne Peitschen.
Subire mortem æternam, in den ewigen Tod gehen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Migrare*, proprie est conferre se alio ad habitandum, & conductoris proprie est, cum habitationem mutat, ausziehen, auf einen andern Ort ziehen, daselbst zu wohnen. Valla, Lib. 5. c. 95.

X.

De desiderio rerum cœlestium.

J. Sequamur Christophorum, 1) Martine! *M.* Non possum. 2) *J.* Quidni? *M.* Dic 3) quomodo & quorsum? *J.* In cœlum 4) per sancta vitæ cœlestis desideria. *M.* Eum 5) tamen non assequemur, nec reducemus in hanc vitam, aut has terras. 6) *J.* Neque id tentabimus; 7) sed per sancta suspiria abducemus animum ab hujus mundi vanitatibus, ut paratus sit ad beatam mortem. *M.* Nescio, quando moriturus sim. 8) *J.* Ideo observare debemus dies singulos. 9) quia nos latet unus. 10) *M.* Videris mihi esse sapiens. 11) *J.* Da operam, ut etiam ipse sapias. 12) Nam *mortem salutariter meditari, est sapere.* 13.)

NOTÆ.

1) Laßt uns dem Christoph nachfolgen. Modus suasorius. 2) eum sequi. 3) mihi. 4) eum sequamur. 5) Christophorum. 6) auf diese Welt. 7) sc. ut eum assequamur & reducamus in hanc vitam, &c. 8) h. e. quo tempore. 9) alle Tage nacheinander. 10) sc. dies. 11) du scheinest mir klug zu seyn. 12) h. e. sapiens sis. 13) heißt klug seyn.

VOCABULA.

Quidni? warum nicht?
Quorsum? adv. wohin?
Sanctus, a, um, adj. heilig.
Vita cœlestis, das himmlische Leben.
Desiderium, ii, 2. n. das Verlangen,
Assequi, ereylen, erlangen, einholen.
Reduco, xi, ctum, 3. zurückführen, bringen.
Tentare aliquid, etwas versuchen, probiren.
Suspirium, ii, 2. n. ein Seuffzer.
Abducere, abhalten.
Vanitas, atis, 3. f. Eitelkeit.
Beata mors, ein seeliger Tod.
Observare, beobachten.
Singuli, æ, a, adj. einzeln, jeder für sich.
Lateo, ui, ere, 2. verborgen seyn.
Dare operam, Fleiß anwenden.
Salutariter, adv. heylsam.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Singulus*, unumquodque per se dicitur, & ab aliis separatum.

2. *Mortem salutariter* &c. Philosophari est τὸν θάνατον μελετᾷν, inquit Plato in Phædone. h. e. *mundanis & terrestribus voluptatibus se se abdicare, & honestam virtutique consentaneam vitam ducere.* Rabbi Eliefer discipulos suos docebat, ut die ante finem vitæ suæ resipiscerent, Massech. Schabbas fol. 153. Col. 1. i. e. omni die: quoniam nullo die à morte tuti sint.

Decuria

Decuria sexta.

De Virtutibus.

PAULUS & ARETOPHILUS.

I.

De nomine Aretophili.

P. Salve, mi Aretophile! *A.* Ago gratias, tu quoque salvus sis. 1) Paule! *P.* O! quam præclarum habes nomen, Aretophile! *A.* Quænam est nominis mei præstantia? 2) vel quid significat? *P.* Virtutis studiosum seu amatorem 3) *A.* Quid est virtus? *P.* Ut audio, *nomen virtutis tantum geris, ipsa quid valeat*, 4) *nescis*, quemadmodum de te & tui similibus loquitur Cicero: qui tamen nec ipse ejus vim 5) intelligit. *A.* Ergo me doce eam. 6) *P.* Age, docebo te pluribus. 7)

NOTÆ.

1) Salve. 2) quodnam præclarum habeo nomen? 3) significat. Dicitur ab ἀρετὴ, virtus, & φίλος, amicus. 4) Valere h. l. gelten, vermögen. 5) Vis, h. l. Nachdruck. 6) Virtutem, quid significet. 7) Verbis.

VOCABULA.

Præclarus, a, um, adj. fürtrefflich.
Amator seu studiosus virtutis, ein Liebhaber oder der sich der Tugenden befleißt.
Gerere nomen, den Namen tragen, führen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Studiosus* i. e. assiduus & perseverans in aliqua re. Suscepi laborem utilem studiosis i. e. literarum cupidis, ich habe auf mich genommen eine Arbeit, so denen nützlich, die Lust zum Studiren haben.

II.

De Auctore seu fonte virtutum.

A. Unde est aut oritur virtus, charissime Paule? *P.* A Deo summo perfectissimoque bono, ut omnium bonorum auctore, ita etiam virtutum fonte inexhausto. 1) *A.* Quomodo exhaurimus ex hoc fonte? 2) *P.* Per preces, animo Dei dona in se derivante, 3) ac sincero; qui etiam ipse Dei donum est. *A.* Ergo, ut intelligo, extra communionem cum Deo nulla est virtus, nullum virtutis exercitium? *P.* Recte intelligis: incipis jam sapere 4) per Dei gratiam.

NOTÆ.

1) h. e. qui exhauriri non potest. 2) virtutem. 3) h. e. qui Dei dona in se derivat seu deducit. 4) sapiens esse.

VOCABULA.

Fons, tis, 3. m. Ursprung, Spring-Brunn.
Orior, ortus sum, oriri, 4. entspringen, entstehen.
Carus, adj. theuer, lieb und werth. Carissimus, sehr lieb, der Allerliebste.
Deus summum & perfectissimum bonum est, GOtt ist das höchst und vollkommenste Gut.
Auctor omnium bonorum, Urheber alles Guten.
Fons inexhaustus, ein unerschöpffliche Quell.
Exhaurire, 4. ausschöpffen.
Dona Dei per preces in se derivare, die Gabe GOttes (als Ströme der göttlichen Gnaden-Quelle) sich durchs Gebeth zu leiten.
Communio, onis, 3. f. Gemeinschafft.
Incipio, cepi, ceptum, 3. anfangen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Charissime.* Rectius sine H, *carissime*: ita enim scri-

ſcribunt eruditi, teſte Balbino Veriſim. Human. Diſciplin. cap. 4. §. 5. num. 1. p. m. 62. Optime: eſt enim tantum tropus vocabuli. Nam *quod magno venditur, carum & gratum eſſe ſolet.* Vide Corvin. Tom. 1. Font. lat. p. 128. & omnino Fabrum Theſ. Rod. Goclen, Lib. 2. Problem. Gram. 45. & Jul. Cæſ. Scal. de Cauſs. lat. Ling. Lib. 1. c. 17.

III.

De Sapientia.

A. Quid vero eſt ſapere? *P.* Spiritu Dei ita illuminari, ut guſtum percipiamus in virtutibus ac in communione cum agnito Deo. 1) *A.* Quid præterea? *P.* Nihil. Numquid præter Deum & illuminatæ mentis virtutes requiris? A. Non requiro quidem, 3) ſed tamen ſcire aveo: 4) anne omnes homines ſapiant? 5) *P.* Pauciſſimi hominum 6) poſſident ſapientiam. *A.* Quæ ſubeſt ratio? 7) *P.* Quia Deum non timent: Nam *timor Dei eſt ſapientiæ initium.* 8)

NOTÆ.

1) à nobis, h. e. quem agnovimus. 2) eſt ſapere. 3) ſc. aliquid. 4) cupio. 5) ſint ſapientes. 6) h. e. inter homines, ſeu ex hominibus. 7) was iſt die Urſach? 8) Prov. 1, 7.

VOCABULA.

Illuminare, erleuchten.
Guſtus, us, 4. der Geſchmack.
Percipio, cepi, eptum, 3. empfinden.
Agnoſco, novi, itum, 3. erkennen.
Paucus, a, um, adj. wenig.
Poſſideo, edi, ſſum, 2. beſitzen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Percipit*, quaſi totum capit, & penitus occupat.

IV.

IV.

De timore Dei.

A. Quidnam est *Timor Dei*? *P.* Jam audivisti: 1) *Sapientiæ initium*: imo *virtutum omnium complexus.* 2) *A.* Hæc nondum satis intelligo. 3) *P.* Ergo tibi declarabo. A. Expecto declarationem tuam avidè. *P.* Qui Deum recte timet, is eum verè agnoscit, reverenter 4) amat, & ejus jussa 5) exsequitur 6) atque ita voluntati ejus fit conformis. *A.* Ut 7) audio, ardua 8) res est timor Dei.

NOTÆ.

1) A me, proximo videlicet dialogo. 2) Timor Dei omnes complectitur virtutes. 3) sc. quid sit timor Dei. 4) mit Ehrerbietung. 5) Dei præcepta & mandata. 6) perficit. 7) à te. 8) difficilis.

VOCABULA.

Complexus, us, 4. ein Begriff.
Declarare, erklähren.
Avidè, adv. begierlich.
Exsequi alicujus jussa, eines Befehls ausrichten.
Conformis, ähnlich, gleichförmig.
Arduus, a, um, adj. schwer.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1) *Exspecto*: rectius enim composita integra scribi solent auctoritate *Prisciani*, *Manutii*, & plurimorum eruditorum; nisi forte Euphoniæ causa literæ commutentur, ut *attuli*, *affeci*, &c.

V.

De Amore Dei.

A. Quid est amor Dei? *P.* Est fructus Spiritus ac fidei. *A.* Quid continet? 1) *P.* Affectum animi

mi sincerum, qui semper versatur in actione 2) virtutis: h. e. homo, Deum amans, 3) lubenti animo omnia Christianismi officia peragit. 4) *A.* Talem affectum seu animi habitum mihi opto. *P.* Deus det eum 5) utrique nostrum! 6)

NOTÆ.

1) Amor Dei. 2) ut Cicero inquit: *Virtutis laus* omnis in actione consistit. alles Lob bestehet im Thun. 3) qui Deum amat. 4) h. e. agit, vel ad finem agit sive adducit, hält, oder vollbringt. 5) affectum. 6) & mihi & tibi.

VOCABULA.

Continere, 2. begreiffen, zusammen halten.
Affectus animi, Gemüths-Neigung.
Versari, umgehen.
Lubenti, sive libenti, h. e. volenti animo, mit willigem Gemüth oder Hertzen.
Christianismus, das Christenthum.
Officia sua peragere, seine Pflichten verrichten.
Habitus, us, 4. m. eine durch Ubung erlangte Geschicklichkeit oder Gewohnheit.
Uterque, alle beyde.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. ***Habitus***, Philosophis ***assuefactionem*** significat, seu ***expeditam facultatem, multo studio & consuetudine comparatam.*** Vid. Fabr. Thes. & Jov. Pontan. Ægidii Dial. Tom. 2. Oper.

VI.

De tribus virtutibus primariis juventutis.

A. Tres sunt virtutes, quæ præ 1) reliquis, 2) ut audivi, ornant juvenem. Nostine eas, 3) Paule? *P.* Non novi eas: scire tamen velim. 4) *A.* Prima 5) est *Obedientia.* *P.* Hanc bene novi. *A*
Fortaſ-

Fortasse de nomine 6) tantum? *P.* Quidnam præstat 7) Obedientia? *A.* Frangit animi pertinaciam, & pueros reddit in omnibus 8) morigeros. 9) *P.* O præclaram virtutem, 10) meoque fratri, inobsequenti illi, admodum necessariam! 11) *A.* Adde: 12) & mihi ipsi. 13) *P.* Cur non potius utrique nostrum? 14) *A.* Invocabimus Deum, ut nobis largiatur 15) animum obsequentem. *P.* Bene mones: sed ita à nobis invocandus est 16) Deus, ut largienti, 17) aut largituro, 18) animum patentem 19) permittamus, seu offeramus.

NOTÆ.

1) h. e. *in comparatione.* 2) Virtutibus. 3) Tres videlicet virtutes illas, quæ præ reliquis virtutibus juvenem ornent. 4) scilicet illas tres virtutes. 5) Virtus. 6) sc. nosti, dem Namen nach. 7) exhibet, thut, verrichtet. 8) rebus. 9) obedientes. 10) h. e. admodum claram, egregiam, o welch eine fürtreffliche Tugend ist das! 11) & quæ meo fratri, qui non obediens est, valde est necessaria. 12) h. e. überdas, worzu noch kommt. Nam *verbum hoc eleganter inservit connexionibus.* 13) præclara illa virtus, nempe Obedientia, admodum necessaria est. 14) h. e. mihi & tibi necessaria est. 15) h. e. large præbeat. 16) Debet invocari Deus. 17) h. e. si largiatur, aut 18) velit largiri nobis animum obsequentem. 19) apertum.

VOCABULA.

Primarius, adj. ein Fürnehmer, Vir, fœmina.
Morigerus, obediens, adj. Gehorsam.
Frango, fregi, fractum, 3. brechen, bezwingen.
Reddere morigeros pueros, die Knaben gehorsam machen.
Inobsequens, tis, 3. ungehorsam.
Invocare Deum, GOtt anruffen.
Largior, itus sum, iri, 4. reichlich geben.

Obse-

Obsequens, tis, 3. Gehorsam.
Permitto, misi, ssum, 3. überlassen.
Offero, obtuli, oblatum, 3. darbiethen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Frangere.* Metaphora locutiones latinas atque elegantes permultas efficit. *Audaciam alicujus, furorem, petulantiam, libidinem frangere,* eines Kühnheit, Muthwillen &c. brechen, danieder legen. Fractæ vires, i. e. debilitatæ, expugnatæ, bezwungen und zerschlagene Stärck.

VII.

De amore veri.

A. Quænam est secunda virtus, pueros præ reliquis ornans? 1) *P.* Amor veri. *A.* Quid efficit ille? 2) *P.* Arcet 3) mentiendi libidinem, mentemque reddit serenam ac sinceram. *A.* Studebimus huic virtuti. Audivi enim, mendacium esse ex Diabolo. 4) *P.* Recte audivisti. Nam diabolus est spiritus mendacissimus, & pater mendaciorum. 5) *A.* O quam multos filios 6) habet hic pater! 7) *P.* Non nego, nec possum negare, quia reclamat experientia, testis hujus rei locuples. 8) *A.* Vitabimus hoc vitium, 9) ut etiam ejus auctorem, 10) satanam, 11) vitemus. *P.* Sed cave, mi Paule, ne mentiaris hac tua promissione. *A.* Non mentiar, quæ Dei erit gratia, 12) memor dicti Paulini: 13) *deposito mendacio*, loquimini verum. 14.)

NOTÆ.

1) Quæ pueros præ reliquis virtutibus ornat. 2) Amor veri. 3) *Arcere*, proprie est prohibere eos qui veniunt, ne accedant, secundum Vallam, L. 6. c. 16. p. 568. h. l. transfertur (ut pleraque) de corporeis ad incorporea, idemque valet, quod *coërcere*, aut *cohibere*, zurück halten,

ten, zurück treiben, im Zaum halten, reprimere, domare. Vid. Rod. Goclen. Observ. lat. ling. 4) quod mendacium sit, vel esset ex Diabolo. 5) Joh. 8, 44. 6) mendaces. 7) mendaciorum, Diabolus. 8) quæ testis est locuples, h. e. certus, & magnæ auctoritatis, ein genugsamer, glaubwürdiger Zeuge. 9) *mendacium* cum cura diuturna fugiemus. 10) mendacii. 11) h. e. *Adversarium*, uti Petrus 1. Epist. 5, 8. eum vocat. 12) wann GOtt will, durch die Gnade GOttes. 13) Ephes. 4, 25. 14) leget von euch ab die Lügen, und redet die Wahrheit.

VOCABULA.

Mentior, titus sum, iri, 4. lügen.
Reddere mentem serenam ac sinceram, das Hertz rein und aufrichtig machen.
Reddo, reddidi, itum, 3. wiedergeben.
Libido, inis, 3. f. Lust, Begierde, etwas zu thun.
Serenus, a, um, adj. hell.
Studeo, ui, ere, 2. fleißig seyn.
Mendacissimus, adj. der allerlügenhafftigste.
Reclamare, widersprechen.
Vitare, meiden, vermeiden, fliehen.
Promissio, onis, 3. f. Verheissung.
Amor veri, die Liebe zur Wahrheit.
Depono, posui, situm, 3. ablegen.
Loquor, cutus sum, 3. reden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Libido*, in bonam & malam, sed magis in malam partem usurpatur, & absolute ita dicitur temeraria omnis & inconsulta agendi quidlibet voluntas aut cupiditas.

VIII.

De diligentia.

A. Restat tertia virtus ex iis, 1) quarum studium pueris commendatissimum 2) esse debet. *P.* Hanc 3) facile conjectura assequor. *A.* Ergo conjecta.

jecta. *P.* Nonne est *diligentia?* *A.* Est: rem acu tetigisti. 4) *P.* Nec mirum est, quia ego sum diligens. *A.* Sed propria laus sordet. 5) *P.* Ergone mentiar, & discedam à commendato 6) amore veri? *A.* Nequaquam. *P.* Mendax tamen essem, si dicerem, me ignavum esse. 7) *A.* Aliud est, ignaviam suam allegare, aliud, diligentiam jactare. *P.* Non sum jactator, sed tantum testis diligentiæ meæ. *A.* At nescis, *testem non valere in causa propria.*

NOTÆ.

1) Virtutibus. 2) höchst anbefohlen. 3) Virtutem. 4) h. e. rem ipsam divinasti, du hast es wohl getroffen. 5) vel, *Laus in ore proprio sordescit*, Prov. eigen Lob stinckt. 6) h. e. quem mihi commendasti. 7) h. e. quod ignavus sim.

VOCABULA.

Restare, übrig seyn, still stehen.
Conjectura aliquid assequi, etwas errathen. Conjicere, divinare.
Nec mirum est, es ist auch kein Wunder.
Commendare, anbefehlen.
Allegare, anziehen.
Jactare diligentiam, sich des Fleisses rühmen, mit dem Fleiß prahlen.
Jactator, 3. m. Prahler, Rühmer.
Non valet, es gilt nicht.
Tango, tetigi, tactum, 3. berühren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Testis*, qui adest alicui, & testimonio est. *Incorruptus atque integer*, *locupletissimus* & *certissimus*, *religiosus* testis, ein getreuer Zeuge.

IX.

De virtutum exemplari perfectissimo 1)

P. Ecquis est optimus virtutum omnium magister? *A.* Christus JEsus Servator noster. *P.* Quamobrem? 2) *A.* Quia perfectissime ipse praestitit, quod perfecte docuit. *P.* Ergone solus Christus erit imitandus? 3) *A.* Omnino: 4) ita tamen, ut eos quoque aemulemur, 5) qui etiam ipsi Christum vere imitantur. *P.* Utinam omnis vitae nostrae actio sit Christi imitatio.

NOTÆ.

1) Von dem allervollkommensten Muster der Tugenden. 2) Cur est Servator optimus virtutum omnium magister? 3) Solum Christum nos oportebit, vel debebimus imitari. 4) freylich, allerdings. 5) h. e. ita sequamur & imitemur, ut aequare, vel superare etiam studeamus.

VOCABULA.

Ecquis, wer ist der wohl?
Praesto, stiti, stitum, 1. verrichten, thun.
Imitor, tatus sum, ari, nachahmen.
Æmulari, eyfferig nachthun.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Servator*, vel *Salvator*, *quam vocem* inquit Rod. Goclen. Obs. lat. ling. *eruditiores parum probam religiose fugiunt, ut & verbum* salvo, *quod ne ipsum satis latinum esse* judicant. *Dicimus igitur* Servator, servare, *Theologis interim suam libertatem & usum relinquentes.* Augustinus Christianis primum inventum hoc vocabulum videtur significare. Cujus verba Lib. 3. de Trinitate c. 10. ista sunt: *Qui est Hebraicè* JEsus, graecè Σωτὴρ, *nostra autem locutione* Salvator. *Quod verbum Latina Lingua antea non habebat; sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.* Vetus tamen & probum fuisse, videtur vetus

vetus inscriptio adstruere apud Gruterum, pag. 19. JOVI CUSTODI QUIRINO SALVATORI, &c. Quin & optimum Stephani Glossarium id agnoscit, *Salvator*, Σωτὴρ. *Quid est Salvator? utique qui salutem dat, aut dedit. Quidni igitur* Σωτὴρ Salvator *commode dici queat?* Profecto cum de Christo sermo est, malo *Salvatoris*, quam *Servatoris* vocabulo uti, inquit doctissimus Cellarius ad Fabr. Thes. Et plus vocabulum *Salvatoris, quam Servatoris* infert; quod egregie probatum dedit Clarissimus Herbornensium olim Philologus, Disput. Philolog. de Nom. JEsu Etymol. §. 22. *Servare* militare verbum, & de eo dicitur, qui parcit in bello, quos cædere poterat. *Salvare* ejus est, qui non vitam tantum donat, sed & meliorem statum addit, felicemque facit: quod & Dausqueius ad Basilii Seleuc. Orat. 11. de Jona observat; & reprehendit eos, qui *Christum JEsum, Servatorem* malint, quam *Salvatorem* dicere. Quod & alii fecere, notante loco *laudato Cellario*.

X.

De oppositis vitiis.

P. Quid est vitium, Aretophile? *A.* Est morbus, immo pestis animi 1) *P.* Quomodo pellitur hic morbus? *P.* Per studium virtutum: 2) nam qui virtutem induit, vitia exuit; qui virtutes amat, vitia odit. *P.* Quodnam vero vitium est juventuti nocentissimum? 3) *A.* Philautia. *P.* Ergo huic morbo 4) per Dei gratiam medebimur. 5)

NOTÆ.

1) Perditio, quæ animum affligit & funditus perdit. 2) Quando, vel cum studemus virtutibus. 3) vel, plurimum nocet, am schädlichsten. 4) h. e. vitio philautiæ. 5) wir wollen diesem Laster durch die Gnade GOttes abhelffen; h. e. durch Christliche Tugenden aus unserm Hertzen treiben, und verbannen.

VOCABULA.

Pestis, is, 3. f. Pestilentz, Schade.
Pello, pepuli, pulsum, 3. vertreiben.
Induo, indui, indutum: 3. anthun.
Exuere, 3. ausziehen.
Odi, odisse, hassen.
Nocens, tis, 3. schädlich.
Philautia, æ, f. 1. Eigen-Lieb, Selbst-Lieb.
Medeor, sine præt. 2. dep. heilen, abhelffen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. φιλαυτία, h. e. sui ipsius amor, quem *omnium peccatorum causam esse*, Plato dixit, Lib. 5. de Leg. de qua ita scribit Thom. à Kemp. de imit. Chr. L. 3. c. 58. §. 5. p. m. 239. *Ex hoc uno hominis intemperatiore* amore sui *pendit, quicquid fere homini radicitus exstirpandum est: quo malo devicto* & subacto, magna pax, perpetuaque tranquillitas subsequetur.

Decuria septima.

De rebus variis.

VALENTINUS & HERMANNUS.

I.

De Horto.

V. Unde venis, Hermanne? *H.* Ex horto. 1) *V.* Quid inde 2) affers? *H.* Flores varios. 3) *V.* Immo fasciculum florum odoratum, ut video: quis eo te donavit? 4) *H.* Hortulanus, vir probus & mei amantissimus. 5) *V.* Sed cur non affers pruna, immo mala & pira? *H.* Pruna jam comedi: sed reliqua poma nondum maturuerunt. *V.* De floribus vero numquid cogitas? *H.* Quidnam? 6) *V.* Nos sumus instar florum, 7) adeo, ut aliquando 8) de nobis ipsis cum Poëta 9) dicere possimus:

Nos

Nos quoque floruimus, 10) sed flos fuit ille caducus.

NOTÆ.

1) Venio. 2) ex horto. 3) affero. 4) fasciculo florum, vel, quis eum fasciculum florum tibi donavit? 5) qui me plurimum, sive valde amat, der mich sehr werth hält. 6) cogitem. 7) sicut flores, vel floribus similes. 8) tandem. 9) Ovidio Lib. 5. Trist. Eleg. 8. v. 19. 10) excelluimus, prospere habuimus, wir sind wohl gestanden, glücklich gewesen.

VOCABULA.

Affero, tuli, latum, mitbringen.
Fasciculus florum odoratus, ein Strauß wohlriechender Blumen.
Odoratus, adj. starck riechend.
Odoratus, us, 4. m. der Geruch der Nasen.
Ut video, wie ich sehe.
Dono, avi, atum, 1. schencken.
Prunum, i, 2. n. Pflaumen.
Malum, i, 2. n. Apffel.
Pirum, i: 2. n. Birn.
Comedo, edi, esum, 3. essen, verzehren.
Pomum, i, 2. n. Apffel.
Maturesco, ui, 3. zeitig werden.
Flos, oris, 3. m. Blum.
Num, ob, adv. interrog.
Numquid cogitas? gedenckest du noch etwas?
Quidnam? was dann?
Instar, nomen indeclin. cum genit. construitur, ein Muster, Gleichheit.
Floreo, ui, 2. blühen.
Caducus, a, um, adj. hinfällig, vergänglich.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Valentinus*, h. e. fortis vir. 2. Timoth. 2, 1. Prov. 16, 32. cap. 24, 10. Idem fere est Carolus, quod nomen significat *virum fortem & armatum*. Ephes. 6, 10-18. 2. Cor. 10, 4. 5. & cap. 12, 10.

2. *Hermannus*. h. e. *qui exercitui praeest*. Psal. 27, 3. Sir. 15, 1-8. Matth. 2, 6.

3. *Hortulanus*, ita hodie vocatur, qui olim *olitor*. Habet tamen vocabulum Apulejus L. 9. & 10. & Macrobius L. 7. c. 3.

4. *Probus*. Probi *boni* dicuntur, dicti quasi *prohibi*, quod se *à delinquendo prohibeant*, ex sententia Perotti Cornu Copiæ, col. 817.

II.

De agro & messe.

V. Quo 1) tendis, 2) Hermanne? *H.* Eo rus in agrum nostrum, ubi sunt messores nostri, nostræque ancillæ. *V.* Quid ibi 3) peragunt? *H.* Messores metunt fruges, 4) quas deinde ancillæ colligunt tomicibus: collectas 5) vocamus mergites seu manipulos. *V.* Jam memini egregiam sententiam. *H.* Profer etiam 6) *V. Ut sementem feceris, ita & metes. H.* Sed sæpe *pro benefactis malam messem metimus*, 7) ut itidem in proverbio est. 8)

NOTÆ.

1) De loco interrogat. 2) proficisceris. 3) in agro. 4) schneiden Früchte. 5) h. e. quando fruges sunt collectæ tomicibus. 6) sententiam illam. 7) i. e. reportabis præmium factis tuis dignum: wie du säest, so wirst du auch erndten. Ciceronis est L. 2. de orat. p. 65. Plauti est Epid. act. 5. sc. 2. v. 53. Wir bekommen offt für Wohlthaten einen Hauffen Undancks ein. Metaph. dicitur autem *messem metere*: ut: *vitam vivere*, *servitutem servire*, 8) dicitur.

VOCABULA.

Ager, agri, 2. m. der Acker.
Messis, & messio, 3. f. die Erndte.
Quo tendis? wo gehest du hin?

Eo rus in agrum nostrum, ich gehe ins Feld, auf unsern Acker.
Messor, is, 3. m. Schnitter.
Fruges, allerley Früchte der Erden.
Tomex, ein Seil.
Tomicibus colligere, mit Strohseiler zusammen binden.
Merges, itis, eine Garbe.
Manipulus, Gebünd, Sichling.
Sementis, tis, die Saat.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Tomex*, restis est ex cannabi impolita, & leviter torta, ex qua multiplicata funes torquentur, grob Garn, daraus die Seile gemacht werden: hic significat Stroh-Seile oder Widen, damit man die Fruchtgarben bindet. Tomex straminea, ein Stroh-Seyl.

2. *Manipulus*, dicitur fasciculus, qui manu comprehenditur, quasi *Manimpulus*, quod *manum implet*, eine Hand voll, Arm voll oder Garbe.

III.

De frigore & igne.

V. Cur non scribis, Hermanne? *H.* Digiti mei rigent frigore; 1) nec est ignis in fornace, unde 2) museum calefiat. 3) *V.* Age, excitabimus ignem folle. *H.* Follis adest, sed lignum deest. 4) *V.* Ecce lignum! hic est. *H.* Novi, 5) sed est humidum; 6) arido opus est. 7) *V.* Cur non sufficit humidum? 8) *H.* Quia igni admotum 9) nil nisi fumum producit: fumus vero infestat oculos. 10)

NOTÆ.

1) Starren für, oder von Kälte, sind steiff von Kälte. 2) h. e. à quo. 3) calidum fiat. 4) nobis. 5) sc. lignum hic esse. 6) vel madidum. 7) sc. ligno, ut possimus excitare ignem,

ignem, ac museum calefacere. 8) satis est humidum. 9) h. e. si lignum humidum igni admovetur. 10) h. e. molestiam infert, ut exponit Valla.

VOCABULA.

Frigus, oris, 3. n. die Kälte.
Digitus, i, 2. m. der Finger.
Fornax, acis, 3. f. der Ofen.
Calefieri, pass. erwärmen, warm werden.
Excitare ignem folle, das Feuer mit dem Blaßbalg anmachen.
Lignum deest, es ist kein Holtz da.
Lignum humidum, grün Holtz.
Lignum aridum, dürr Holtz.
Admovere lignum igni, Holtz anlegen.
Producere fumum, Rauch machen.
Infestare oculos, die Augen verderben, beschädigen.
Calefacere museum, die Studier-Stube einhitzen, einbrennen, wärmen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Museum*, Gr. Μουσεῖον. Jesuita Balbinus per *Æ* scribi jubet Musæum quia in græco Epsilon jota, Verisimil. Human. Disciplin. cap. 4. p. m. 68. Male: quia Epsilon jota Græcorum apud Latinos transit vel in J, ut Ἔκκλειψις, Ecclipsis, πειρατὴς, Pirata, εἴδωλον, Idolum; vel in *E*, ut: πλατεῖα, platea; nunquam, quod sciam in *Æ*.

Age, est *Imperativus* verbi *ago*, vel absolute positus, ut hic, vel cum particulis *dum* &c. peculiariter est *adhortantis*, vel instantis, Wolan, nun wolan: nec mutatur propterea in *adverbium*, ut vult Fabr. Thes. & cum eo Grammaticorum vulgus.

IV.

De pluvia.

V. Cur venis tam sero in scholam? *H.* Tempestas, cujus 1) transitum exspectabam, me retarda-

tardavit: ficut heri te remorabatur pluvia. *V.* Jam ne defævit? 2) *H.* Defæviit quidem, fed ab oriente 3) rurfus nubes atræ furgunt, pluviam minantes. 4) *V.* Immo fortaffe imbrem 5) aut nimbum. 6) *H.* Exfpectemus, quid ferus vefper fit advecturus. 7) *V.* Inprimis fi fuborta 8) fuerit procella.

NOTÆ.

1) Tempeftatis. 2) tempeftas. 3) von Aufgang der Sonnen, von Oft. 4) h. e. quæ, nubes fc. atræ, pluviam minantur. 5) h. e. agmen aquarum largius effufum minantur, ein Platz, oder Schlag-Regen. 6) h. e. vim venti cum pluvia, ein ungeftümen Regen mit Wind, pluviam præcipitem, ein Platz-Schlag-Regen. 7) vel vecturus. 8) orta.

VOCABULA.

Tempeftas, atis, 3. f. die Zeit, das Wetter, h. l. böß Wetter.

Exfpectare alicujus tranfitum, eins Ubergang abwarten.

Retardare, aufhalten, verhindern.

Remorari, idem.

Defæviit tempeftas, das Wetter ist vergangen, fürüber.

Nubes atræ furgunt, fchwartze Wolcken fteigen auf.

Minari, drohen.

Adveho, vexi, vectum, 3. zuführen, mitbringen.

Advectio, & advectus, us, 4. Zufuhr.

Suboriri, entfpringen, aufgehen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Tempeftas.* Plinius L. 18. c. 28. *tempeftates* vocat *grandines, procellas.* Cic. de Nat. Deor. L. 3. c. 20. interpretatur *imbres, nimbos, procellas, turbines.* Nos, böß, oder ungeftümm Wetter.

2. *Imbrem.* Hoc difcriminis Grammatici veteres inter *Imbrem* & *Pluviam* ftatuunt: ut *Imbrem* pronuncient, qui fumma vi cadat, & cito definet: *Pluviam* quam nubes ex impulfu ventorum exprimant, nec ingruentem effufius, & fic diutius durantem.

3. *Quid serus vesper sit advecturus.* *Nescis quid vesper serus vehat*, proverbialis est locutio, qua monemur, ne præsentium successuum prosperitate elati, futuri curam abjiciamus, neque ulla de re securi simus, priusquam exitum viderimus. Germani ita: einen schönen Tag soll man auf den Abend loben.

4. *Inprimis* melius putatur quam *Imprimis:* vitatur enim ambiguitas, inquit Jesuita Balbinus Verisimil. Hum. Disciplin. cap. 4. §. 5. p. m. 67. Rectius scribitur divise *In primis*, atque substantivum aliquod semper subauditur. Vid. Corv. Font. Lat.

V.

De Merenda.

V. Hodie non accipies merendam, 1) Hermanne. *H.* Quid commisi 2) aut intermisi, 3) cur habeat indignus merenda? 4) *V.* Intermisisti diligentiam in schola. 5) *H.* Quid hoc ad merendam. 6) *V.* Permultum: 7) nam merenda nomen habet à merendo, 8) nec datur, nisi bene merentibus, 9) aut bene meritis. 10) *H.* Argute philosopharis, 11) sed in damnum meum. 12) *V.* Quilibet fortunæ suæ faber. 13)

NOTÆ.

1) h. e. cibum postmeridianum. Plura notavimus supra Decur. 4. Colloq. 10. 2) h. e. peccavi, was hab ich versehen? 3) was hab ich unterlassen. 4) warum ich kein 4 Uhr-Brod haben soll. 5) h. e. non fuisti diligens in schola. 6) sc. pertinet, was thut das zum Vesper-Brod? 7) ad merendam pertinet. *Per* enim præpositionem sive cum nominibus, sive Adverbiis significationem eorum intendere notum est. 8) id quod supra Decur. 4. Colloq. 10. notavimus. 9) h. e. qui bene merentur. 10) h. e. qui bene meriti sunt. 11) du redest spitzfündig. 12) zu meinem Schaden. 13) ein jeder ist seines Glücks Schmitt.

VOCA-

VOCABULA.

Intermittere, 3. unterlassen.
Do, dedi, datum, 1. geben.
Philosophari, 1. von der Weißheit handeln.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Quilibet fortunæ suæ faber.* Sallustius Orat. ad Cæsarem de Rep. ordinanda. p. 273. *Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait: Fabrum esse suæ quemque fortunæ.* Quod Cornel. Nep. Attico, cap. 11. §. 6. ita expressit: *sui cuique mores fingunt fortunam.* Et l. c. cap. 19. §. 1. *Sui cuique mores plerumque conciliant fortunam.* Sumtum est proverbium ex Plauto Trinum. act. 2. sc. 2. v. 82. *Sapiens ipse fingit fortunam sibi.* Conf. Erasm. Chil. 2. Cent. 4. Prov. 30. Nos ita: Wie einer lebt, also hat er auch Glück. i. e. *Ut mores sunt, ita fortuna respondet.*

VI.

De equis.

H. Conscendamus hunc equum, 1) Valentine. *V.* Difficilis est ascensu, 2) immo ferit calcitrando. 3) *H.* Nos non feriet. *V.* Comperies. Certe enim hic rufus est audax, sternax 4) & admodum effrenis, 5) qui sessorem 6) suum facile excutit. 7) *H.* Adducam habenas, 9) quas alii remittunt. 9) *V.* Ne admittit quidem habenas, sed eas detrectat. 10) *H.* Mittamus ergo equos. 11) *V.* Bene mones. Quid enim nobis est rei aut commercii cum equis, qui sumus studiosi litterarum. 12)

NOTÆ.

1) Inscendamus equum, & in equum, adscendamus in equum, insiliamus in equum, laßt uns aufs Pferd steigen. 2) equus difficilis ascensu, ein Pferd, das nicht gern aufsteigen, aufsitzen läßt. 3) Es schlägt hinter sich. Unde

Unde, *Calcitro*, *onis*, qui calcibus ferit, ein Pferd, das da schlägt. 4) Equus sternax dicitur, qui excutere solet insidentem, das gern abwirfft. 5) h. e. freni impatiens, wild, unbändig. 6) qui equo insidet, den, so drauf sitzt. 7) equus sessorem suum excutit, das Pferd wirfft seinen Reuter herunter, hebt ihn aus dem Sattel. 8) ich will den Zügel an mich ziehen, anhalten. 9) nachlassen, schiessen lassen. 10) recusat, es läßt sich den Zaum nicht einmal anlegen, anthun. 11) h. e. missos faciamus, wir wollen die Pferde fahren lassen. 12) die wir Studenten sind.

VOCABULA.

Conscendo, di, sum, 3. besteigen.
Ascendere, 3. hinaufsteigen.
Ferio, sine præt. & sup. 4. schlagen, stossen.
Comperire, 4. erfahren.
Equus rufus, ein Fuchs.
Audax, adj. muthig, toll, wild.
Quid est nobis rei aut commercii cum equis, was haben wir mit denen Pferden zu thun.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Ascensu*, melius, *adscensu*: Plurimi enim eruditorum composita integra scribere solent, ut, *exsequor*, *exsilio*, *exsul*, non *exequor*, *exilio*, *exul*: nisi forte Euphoniæ causa litteræ commutentur, ut *attuli*, *affeci*, pro *adfeci*, aut *adfectus*, quod tamen Lipsio aliisque placet.

2. *Habena* est retinaculum, quo equus cohibetur; ab *Habendo*, quia manu habetur.

3. *Studiosi litterarum.* Discipuli hic notent velim verba Tulii Orat. pro Arch. cap. 7. *Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis solatium ac perfugium præbent; delectant domi, non impediunt foris, &c.*

VII.

De canibus.

V. Cave, cave, * Hermanne. *H.* Quidnam? 1) *V.* Canem, 2) & quidem catenarium, 3) ad

fores.

fores. 4) *H.* Quis eum in me immittet? 5) *V.* Ille se ipsum. 6) *H*) Non credo eum esse rabiosum, 7) non enim latrat. *V.* Est tamen mordax. 8) *H.* Projiciam illi lapidem, in eum sæviat. 9) *V.* Noli eum irritare. 10) *H.* Abeamus hinc. *V.* Quorsum? 11) *H.* Unde venimus. *V.* Expecta parumper 12) *H.* Non est tempus expectandi, sed properandi, quia vespera ingruit. 13)

NOTÆ.

* Siehe dich für. 1) sc. cavere debeo? wofür soll ich mich hüten, und fürsehen? 2) sc. cavere debes, fur dem Hund solt du dich fürsehen. 3) und zwar für dem Ketten-Hund, qui catenæ est alligatus. 4) an der Thür. 5) wer wird ihn an mich hetzen? 6) sc. canis se ipsum in te immittet, er wird sich selbst an dich hetzen. 7) h. e. quod ille sit rabiosus, daß er grimmig sey wie ein toller Hund, nemlich beissend. 8) er beist gern. 9) in den Stein mag er beissen. 10) mache ihn nicht böß. 11) abeamus. 12) melius exspecta, ut compositum integrum servetur. Vid. Dial. præced. 13) irruit, imminet, appropinquat, weil die Nacht einbricht.

VOCABULA.

Caveo, vi, cautum, 2. sich hüten.
Canis latrat, der Hund bellt.
Projicio, jeci, jectum, 3. für sich hinwerffen.
Sævio, ivi, itum, 4. grausam thun.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Irrito*, irritare, ἐρεθίζειν, est provocare, vocare, iramque commovere, zum Zorn reitzen oder bewegen.

VIII.

De morbo.

V. Cur frater tuus hodie non erat in schola? *H.* Labo-

H. Laborat morbo. 1) *V.* Quonam? 2) fortasse pigritiæ. 3) *H.* Minimè, sed febri. 4) *V.* Ego heri etiam æger eram capite, quod mihi dolebat, & tamen scholam frequentabam. 5) *H.* Ego vero sæpe laboro pedibus, 6) qui recusant, 7) ire in scholam. *V.* Sed eunt tamen? 8) *H.* Omnino eunt. 9) Nam timor virgæ etiam invitos pedes currere cogit. *V.* Faxit Deus, 10) ut nobis sit mens sana in corpore sano. 11)

NOTÆ.

1) Er ist kranck. 2) sc. morbo laborat? h. l. was hat er für eine Kranckheit? 3) sc. morbo laborat, vielleicht hat er die Faulheits-Kranckheit. 4) sc. laborat. 5) h. e. in scholam ibam. 6) Et, *ex pedibus.* Laboro, h. l. idem significat, quod *male habeo.* 7) Nolunt. 8) scilicet in scholam. 9) In scholam. 10) h. e. faciat, das wolle oder gebe GOtt. 11) Apud Juvenal. Satyr. 10. v. 356 h. e. daß in unserm gesunden Leib ein gesund Gemüth sey.

VOCABULA.

Laborare, arbeiten.
Morbus, i, 2. m. Kranckheit.
Pigritiæ, æ, 1. f. die Faulheit.
Febris, is. 3. f. das Fieber.
Æger eram capite, ich war kranck am Kopff.
Caput mihi dolet, der Kopff thut mir weh.
Frequentare, offt betretten.
Recusare, weigern, abschlagen.
Timor virgæ, die Furcht für der Ruthen.
Cogit invitos pedes currere, macht die faule Füsse lauffen.
Laborare pedibus, kranck an den Füssen seyn, nicht gehen können.
Invitus, a, um, adj. ungern.
Curro, cucurri, cursum, 3. lauffen.
Cogo, coëgi, coactum, 3. zwingen.

Faxo, is, it, pro *faciam* ich will verschaffen. Faxim, is, idem.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Frequentare*, est libenter ac sæpe adire cum aliis, ut majorem numerum facias.

IX.

De voce & risu.

V. Quid clamas, Hermanne? *H.* Non clamo, sed tantum clara voce loquor. *V.* Vox tua non solum clara, sed etiam clamosa, quæ hic tantum submissa esse debebat, 1) ne à somno excitetur Fridericus, qui ægrotat. *H.* Ubi decumbit? 2) *V.* In proximo cubiculo. *H.* Remittam vocem, non intendam amplius. 3) *V.* Abstineamus etiam à risu. *H.* Omnino, ita decet puerum. *V.* Subridere, 4) & quidem tempestive, 5) humanum est; sed cachinnum tollere, 6) & risu concuti, seu effusè 7) ridere, decet neminem, nedum 8) ingenuos pueros, 9) *H.* Cavebimus igitur, ne quid temerè 10) vertamus in risum, aut alios irrideamus, probe memores versus illius notissimi.

Per risum multum debes cognoscere stultum 11)

NOTÆ.

1) Halb oder leiß. 2) wo liegt er zu Bett? 3) non amplius clara voce loquar. 4) lächeln, ein wenig lachen. 5) zu rechter Zeit. 6) ein grobes Gelächter erheben. 7) übermäßig. 8) zugeschweigen. 9) sc. decet. 10) h. e. sine causa. 11) an vielen Lachen erkennt man den Narren.

VOCABULA.

Clamosus, a, um, adj. schreyerisch.

Exci-

Excitare, aufwecken.
Proximum cubiculum, die nechste Schlaff-Kammer.
Remittere vocem, die Stimme fallen lassen, leise, sacht reden.
Intendere, 3. spannen, richten, erheben.
Abstinere à risu, vom Lachen sich enthalten.
Risu concuti, durch Lachen am gantzen Leib erschüttert werden; für Lachen gleichsam bersten.
Puer ingenuus, ein feiner Knab.
Verto, ti, sum, 3. wenden, umkehren, verkehren.
Irridere, 2. auslachen.
Clara voce loqui, laut reden.
Versus notissimus, ein sehr bekannter Vers.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Cachinnus*, risus solutus & immoderatus, sustollere cachinnum, ein groß Gelächter treiben. Dicitur & de undarum sono. Cachinnare neut. & cachinari deponens.

X.

De quatuor Conjugationibus.

H. Recitasti 1) hodie Conjugationes in schola? *V.* Recitavi, sed tantum primam 2) *Amo*, & ultimam *Audio*. *H.* Ordo conjugationum non est conveniens 3) scholæ seu disciplinæ: saltem 4) disciplina conjugationes rectius, quam Grammatica, ordinat. *V.* Quomodo ergo? 5) *H.* Initium facit ab *Audio*, certe tamen post *Amo* statim collocat 6) *Audio*. *V.* Quamobrem, seu quo sensu? 7) *H.* Ante omnia oportet *audire* puerum, quid Præceptor doceat & moneat; deinde *amare* ea, quæ audivit, & velle 8) morem gerere 9) ac proficere: aut si mavis, primum amet 10) sapientiam & studia: Amor vero exacuat 11) sensum attentè audiendi. *V.* Quid postea? 12) *H.* statim legen-

legendum frequenter, & discendum 13) libenter. *V.* Sic *lego* retinet locum tertium. *H.* Retinet omnino; 14) sed *doceo* suo loco movetur, 15) & quartum 16) accipit, seu ultimum. *V.* Quæ subest ratio? *H.* Id postulat natura disciplinæ. Nemo enim recte *docere* potest alios, nisi antea diu multumque *audierit* attente, *amaverit* impense, 17) & *legerit*, seu didicerit quam diligentissime litterarum studia. 18) *V.* Bene philosopharis 19) in ipsa Grammatica. *H.* Cur vero quatuor Conjugationibus præmittitur *sum*? 20) *V.* Quia *esse* seu existere debet in rerum natura, 21) qui vult *audire*, *amare*, *legere*, *docere*.

NOTÆ.

1) Num; an recitasti? 2) sc. Conjugationem. 3) aptus, füglich, das sich schickt. 4) zum wenigsten. 5) ordinat. 6) ponit. 7) post *amo* collocat *audio*. 8) oportet, vel debet. 9) gehorchen. 10) puer debet amare. 11) debet exacuere, i. e. incitare, anreitzen. 12) puer faciat, vel facere debet. 13) illi, sc. puero est, i. e. puerum oportet legere frequenter, & discere libenter. 14) tertium locum. 15) es kommt von seinem Ort, wird versetzt. 16) locum. 17) sehr, hefftig. 18) freye Künsten. 19) differis de quatuor Conjugationibus in Grammatica. 20) Verbum substantivum in Grammatica. 22) in mundo.

VOCABULA.

Proficere, 3. zunehmen.
Exacuere, 3. sehr schärffen.
Collocare, setzen.
Retinere, 2. behalten.
Quæ subest ratio? was ist die Ursach?
Philosophari: h. l. reden.
Disco, didici, 3. lernen.

Præmittere, 3. vorhersetzen.
Exiſtere, 3. entſtehen, ſeyn.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. Rectiſſime D. Langius in ſua Grammatica verbum *Sum* quatuor conjugationibus præmiſit: non quidem, *quod in rerum natura iis præcedit*, ut hic loquitur; ſed, ut ſentit D. Alſtedius L. 22. Encycloped. p. 229. *quia verbum eſt omnium ſimpliciſſimum ac irreſolubile, & menſura omnium verborum*, ut conſtat ex Logicis: immo *fons reliquarum conjugationum*. Bibliander vocat *Oſtium ſermonis*. Et Hœckelshovius in Didact. ſcribit: *Verbum ſubſtantivum* Sum *eſt omnium verborum primum ac ſimpliciſſimum, à quo reliqua verba id ipſum habent, quo verba ſunt*. Quia omnibus verbis ſubſtat, & in illud omnia verba reſolvi poſſunt. Non recte igitur in ultimum à Grammaticis locum rejicitur: id quod viderunt Galli, qui hoc *verbum*, quod vocant, *auxiliare ſum* omnibus Conjugationibus præmittunt, atque ante alia verba diſcentibus notum eſſe volunt. Quibus his ſuccinit verbis D. Joach. Langius Grammat. Lat. part. 2. §. 9. p. 53. Das *Verbum Sum* wird billig vor den 4. Conjugationen geſetzt; Daher es auch auxiliare genennt wird: quod omnibus aliis verbis inflectendis opem & præſidium adfert. *Hæc in docentium gratiam ex occaſione notâſſe ſufficiant.*

Decuria Octava.

De rebus variis.

ARNOLDUS & NICOLAUS.

I.

De via.

A. Quo tendis, Nicolae? *N.* Recta 1) in hortum Friderici. *A.* Hæc via eo non fert, 2) ſed iſta ſatis trita, 3) etſi plauſtris invia. 4) *N.* Lutoſa illa & acclivis, 5) nec lapidibus ſtrata? 6) *A.* Progredere

gredere modo alacriter, mox erit declivis, 7) arida 8) & satis jucunda. *N.* Non videtur esse compendiaria. 9) *A.* Est 10) sane, nisi quæsiveris diverticula: 11) hoc est, nisi ab eadem 12) ad dextram 13) vel ad sinistram deflexeris. 14) *N.* Persequar hunc collem 15) sine errore, gradumque accelerabo. 16)

NOTÆ.

1) sc. via. 2) in hortum non ducit. 3) gebahnt. 4) ob man gleich mit Wagen denselben Weg nicht fahren kan. 5) der Berg angehet, 6) und nicht gepflastert ist. 7) wird bald abhängig, oder Berg hinunter gehen. 8) trucken. Sicca, non lutosa. 9) sc. via. Der Weg scheinet nicht kurtz zu seyn. 10) compendiaria, sive brevis. 11) i. e. semitas, wo du nicht Abwege suchest. 12) via. 13) manum. 14) Zur Seiten schlagen. 15) ich will diesen gezahnten Weg fortgehen. 16) geschwind gehen, grosse Schritte thun.

VOCABULA.

Via fert tabernas montanas, der Weg gehet nach Berg-Tabern.
Plaustrum, i, 2. n. ein Last-Wagen.
Invius, a, um, adj. unwegsam.
Lutosus, a, um, adj. voller Koth.
Sterno, stravi, stratum, 3. bedecken.
Progredior, gressus sum, 3. fortgehen.
Quæro, sivi, itum, 3. suchen.
Deflectere, act. & neut. 3. herablencken, abweichen.
Persequi, nachjagen, verfolgen.
Callis, is, 3. m. ein Fuß-Pfad, Steig.
Gradus, us, 4. m. Gang, Schritt, Stelle.
Accelerare, eylen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Recta*, non est adverbium, ut Grammatici nugantur, sed Ablativus, ubi semper via, aut similis vox subaudienda est.

II.

De alauda & luſcinia.

A. Audivi heri alaudam, veris nunciam. 1) *N.* Nonne etiam luſciniam? 2) *A.* Nondum: 3) hæc enim non veris, ſed æſtatis eſt prænuncia. *N.* Utra vero canit ſuavius? *A.* Luſcinia: inſignis tamen etiam eſt vocis ſeu cantus præſtantia in alauda. 4) *N.* Omnino, ideoque nomen habet à laude. Laudat enim Dominum, creatorem ſuum. *A.* Scita 5) eſt hæc nominis ratio. *N.* Nos vero inde diſcamus, multo magis Deum laudare. *A.* Id omnino æquum eſt. Dedit enim nobis vocem humanam & articulatam. 6) *N.* Interea vero gaudeo, appropinquare 7) tempus, quo poſſimus avium nidos inveſtigare. 8)

NOTÆ.

1) Eine Frühlings-Böthin, ſo den Frühling verkündigt. 2) audiviſti. 3) eam audivi. 4) *Conſtr*: eſt tamen etiam in alauda inſignis præſtantia vocis ſeu cantus, die Lerche ſingt doch auch fürtrefflich. 5) elegans, artig, fein, geſchickt. 6) deutliche und vernehmliche. 7) quod tempus appropinquet. 8) Vogels-Neſter ſuchen.

VOCABULA.

Nuncius, ii, m. 2. ein Bott. propriè, der etwas mündlich ausrichtet. Nuncia, æ, f. eine Verkündigerin.
Æſtas, atis, 3. f. der Sommer.
Prænuncius, adj. der etwas vorher verkündigt.
Cano, cecini, cantum, 3. ſingen.
Suavis, e, adj. lieblich.
Appropinquare, herbey nahen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Nuncius.* Mendoſè quidam ſcribunt *Nuntius*; longe

ge mendosius, imo inepte alii *Nunctius*, ut *Quinctius*. Posteriorem enim scribendi rationem vel sola κακοφωνία refutat; priori autem origo vocabuli repugnat. Est enim vox hæc plane Syracusana; &, sicuti ex ἕν, ἑνὸς fit οὐγκία, *uncia*, non *untia*, nedum *unctia*: ad eundem modum ex νέος *novus* manare νούγκιος *Nuncius*, non vero *Nuntius*, nedum *Nunctius*; tum ex Varrone Lib. 5. de L. L. pag. 35. promptissime colligitur, tum Josephus Scaliger aliique defendunt. Significatur autem hac voce (*Nuncius*) non solum persona, quæ res novas aliis indicatum mittitur, Germ. ein Bothe; Verum quoque ipsa res nova, quæ indicatur.

III.

De apibus.

A. Quid edis, Nicolae? *N.* Panem melle illitum, 1) pro butyro. *A.* Quomodo sapit? *N.* Dulcissime. 2) *A.* Quisnam conficit mel? *A.* Apis, non autem una, 3) sed plures. *A.* Unde illud conficiunt? *N.* E florum succis. 5) *A.* Admiranda certe est natura apum. *N.* Immo sane admirandum artificium 6) est in mellificio. 66) Dicuntur etiam ducere examina. *A.* Sicut nos in schola nostra? 7) *N.* Minime, sed novam progeniem emittunt. *A.* Quid præterea observas in in apibus? *N.* Permulta, 8) sed nunc sufficiet, duo adhuc meminisse. *A.* Dic, quæso. *N.* Habent aculeum, 9) cujus emissione 10) nocere possunt cuti: & formant ceras tenaces. 11) Age! simus cerâ tractabiliores. 12)

NOTÆ.

1) Honig=schmier. 2) sapit. 3) apis mel conficit. 4) ex quibus rebus apes mel conficiunt. 5) conficiunt.

Utrum autem apes faciant magis, quam colligant mel, quærit Seneca, Epistola ad Lucilium 84. 6) h. e. admiratione digna, man muß sich über das Kunst-Stück verwundern 66) in dem Honig-Werck. 7) habemus examina, h. e. judicia & censuras, Erforschungen, Proben. 8) in iis observo. 9) apes. 10) wann sie denselben heraus strecken. 11) machen zehes, anklebendes Wachs. 12) h. e. Wir sollen mit uns umgehen lassen, wie man will.

VOCABULA.

Apis, & apes, eine Biene, Imme.
Edo, edi, esum, 3. essen, verzehren.
Illino, levi, litum, 3. anschmieren.
Conficere mel, Honig machen.
Plus, pluris, comparat. mehr.
Succus, ci, 2. m. der Safft.
Examen ducere, schwermen.
Novam progeniem emittere, eine neue Brut ausstossen.
Sufficiet, es mag genug seyn.
Aculeus, i, m. 2. ein Stachel, wie die Bienen haben.
Noceo, cui, citum, schaden.
Tractabilis, geschmeidig, geschlacht.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Examen,* est apum nova soboles, & quasi colonia, quam ad novas quærendas sedes exire cogunt.

IV.

De ingenio.

A. Salve, Nicolae ingeniose? *N.* Cur me vocas ingeniosum? *A.* Quia es ingenio acuto. 1) *N.* Ego sane nullum mentis acumen in me deprehendo. 2) *A.* Sufficit, alios id deprehendere. 3) *N.* Nec tuum ingenium est tardum ac obtusum. 4) *A.* Falleris, 5) Nicolae. Non enim habeo ingenium in promtu, 6) ut cogitando facile possim quid-

quidvis assequi. 7) *N.* Certe tamen judicium 8) tibi non deest, *A.* Unde 9) hoc colligis? 10) *N.* Quod non cares judicandi solertia. 11) *A.* Crede mihi, Nicolae, si, quod verum est, fatear, 12) neuter nostrum 13) habet, cur se efferat 14) *N.* Facile tibi assentior. *A.* Ergo nos de nobis sentiamus demisse. 15)

NOTÆ.

1) sc. præditus. Weil du einen scharffsinnigen, spitzfindigen Kopff hast. 2) ich nehme keine Schärffe des Verstandes an mir wahr. 3) i. e. satis est, quod alii acumen mentis sive ingenii in te deprehendant. 4) und dein Kopff ist nicht langsam und stumpff. 5) erras, Du irrest dich. 6) dann ich hab keinen hurtig- oder fertigen Kopff. 7) daß ich durch Nachsinnen ein jedes leicht könne verstehen. 8) dir mangelt nichts am Verstand. 9) ex quo. 10) mihi judicium non deesse. *Colligere* hic est, schliessen. 11) weil dir am geschwinden Urtheilen nichts fehlet. 12) wann ich die Wahrheit bekennen soll. 13) h. e. inter nos, vel ex nobis. 14) überhebe, stoltziere. 15) demüthig.

VOCABULA.

Ingeniosus, sinnreich.

Assequor, cutus sum, 3. ereylen, erlangen.

Desum, fui, esse, mangeln.

Colligo, legi, lectum, 3. zusammen lesen, schliesen, erachten

In promtu habere, stracks bey der Hand, beysammen haben.

Careo, ui, itum, 2. mangeln.

Effero, extuli, elatum, efferre, hinaus tragen, erheben.

Sentio, sensi, sensum, tire, 4. fühlen, spühren, urtheilen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Ingeniosus dicitur, qui docilis est, & memoria valet. Sinnreich, geschickt, der ein Ding bald fassen oder erfinden kan.

V.

De mendacio.

N. Cur heri non fuisti in schola, Arnolde? *A*. Carebam calceis. 1) *N*. Mentiris, nam vidi te ambulantem 2) in foro. *A*. Rogo te etiam atque etiam, ne dicas Præceptori. 3) *N*. Ergo mentitus es. *A*. Fateor, 4) modo Præceptor non rescíat. 5) *N*. Deus tamen novit. 6) *A*. Ille me non cædet virga. *N*. Gravissimè erras: noli irritare 7) ad vindictam Deum, severum judicem, 8) cujus virga peccatoribus aliquando erit intolerabilis. *A*. Etiam mendacibus? 9) *N*. Omninò. Nam imitantur Diabolum, spiritum mendacissimum. 10) *A* Non mentiar posthac. *N*. Faxit Deus, ut promissa serves! 11)

NOTÆ.

1) Non habebam calceos. 2) cum in foro ambulares. 3) me scilicet ambulavisse heri in foro, h. e. quod ambulaverim. 4) sc. me mentitum esse. 5) vel rescíscat. i. e. *rem, postquam instituta vel gesta est, scire*, ut exponit Valla Lib. 6. c. 23. p. 580. 6) te mentitum esse. 7) provocare, reitze nicht an. 8) qui est severus judex. 9) an etiam mendaces sentient Dei virgam? 10) qui est spiritus mendacissimus, & pater mendaciorum. Joh. 8, 44. 11) das Versprechen haltest.

VOCABULA.

Mentior, titus sum, iri, 4. lügen.

Rogare aliquem etiam atque etiam, einen gar sehr bitten.

Rescire, erfahren, dahinter kommen.

Modo

Modo Præceptor non resciat, wann es nur der Lehrmeister nicht erfahre.
Cædere virga, mit der Ruthen hauen.
Graviſſime errare, gar sehr irren.
Severus Judex, der strenge Richter.
Peccator, oris, 3. m. ein Sünder.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Forum*, eſt præcipua urbis area, quo res vendendæ feruntur, ut *forum boarium*, ein Ochsen-Marckt, forum piſcarium, ein Fisch-Marckt, forum olitorium, der Kraut-Marckt. *Forum* dicitur etiam locus judiciis exercendis deſtinatus: unde *opera forenſis* eſt, cum alicujus cauſam in judicio dicimus atque defendimus, quod hodie *advoci*ren vocatur.

2. Nonius *Irritare, provocare*: tractum à *canibus, qui, cum provocantur*, irruunt (i e. R. literam ſæpius ſonant; unde *caninam* Perſius dixit) *Lucilius*: Irritata canis, *quod* R *quam plurima dicit*.

VI. & VII.

De furto & mendacio.

N. Ubi, 1) & a quo accepiſti iſtum annulum, Arnolde? *A.* Inveni eum in platea. *N.* Quando? 2) *A.* Nudius tertius, cum venirem è templo. *N.* Sed ego illum 3) adhuc heri vidi in digito amitæ 4) tuæ, Sabinæ. *A.* Illa eum 5) fortaſſe amiſit. *N.* *Mendacem oportet eſſe memorem.* 6) *A.* Cur me vocas mendacem? *N.* Non ſolum es mendax, ſed etiam fur. *A.* Quid abſtuli? 7) *N.* Annulum. 8) *A.* Id vix probabis. *N.* Jam ſatis probavi: immo tu ipſe probaſti, ſeu confeſſus es. *A.* Quibus verbis? 9) *N.* Credisne, me annulum heri vidiſſe hærentem 10) in digito amitæ meæ? 11) *A.* Id non negabo. *N.* Quando vero tu eum inveniſti in pla-

tea? 12) *A.* Ante tres dies. *N.* Ecce mendacem sui immemorem, 13) qui invenire potest, antequam aliquid amissum est. *A.* Fateor furtum, & mendacium. *N.* Sane pudeat te utriusque 14) inprimis mendacii, quod turpissime à te iteratum est. 15) *A.* Crede mihi, non solum facti me 16. pudet, sed etiam pœnitet atque piget. *N.* Utinam serio! 17)

NOTÆ.

1) Id est, in quo loco. 2) h. e. à quo tempore eum in platea invenisti? 3) Annulum. 4) Baße, des Vatters Schwester. 5) annulum heri. 6) Proverbium, h. e. ein Lügner muß ein gut Gedächtnuß haben, daß er ein Ding aller Orten gleich aussage. Quod non de nihilo ita dici existimat Apulejus, Apolog. 318. 7) furatus sum. 8) abstulisti. 9) sc. probavi, seu confessus sum. 10) quod annulum heri viderim, qui hærebat, vel quam habebat amita tua in digito; daß ich den Ring habe stecken gesehen. 11) an dem Finger 12) Annulum. 13) h. e. qui sui non meminit, oblitus est, quod antea dixit. 14) Mendacii & furti. 15) iterasti, i. e. repetiisti. 16) fecisse. 17) sc. te puderet, pœniteret, atque pigeret.

VOCABULA.

Invenire, finden, erfinden.
Nudius tertius, h. e. nunc est dies tertius, vorgestern.
Amitto, misi, ssum, 3. verliehren.
Cur vocas me mendacem? warum heißt du mich einen Lügner?
Aufero, abstuli, ablatum, 3. wegnehmen.
Probare, beweisen, darthun.
Confiteri, bekennen.
Hæreo, hæsi, hæsum, 2. ankleben, stecken bleiben.
Immemor, uneingedenck. Sui immemor, der sich nicht mehr erinnert.

Itera-

Iterare, wiederholen. mendacium iterare, zum zweytenmal lügen.
Turpissimè, adv. sehr schändlich.
Factum, i, 2. n, die That.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Mendax est fur: & qui mendax, idem & furax. Hic inprimis juventuti notandum dictum Sirac. 20, 26. 27, 28. & cap. 7, 14.

VIII.

De ira & odio.

N. Cur irasceris, Arnolde? *A.* Titius me fuste percussit. *N.* Putabam, Titium esse amicum tuum, 1) *A.* Ex amico factus est inimicus, 2) odio dignus. 3) *N.* Erras Arnolde; nam debemus etiam hostes nostros diligere. 4) *A.* Sed illi 5) nos non diligunt. *N.* Nec nos Deum amavimus; & ille tamen nos amat 6) impensè, ut ipsum redamemus, 7) & simul amore complectamur 8) inimicos nostros. *A.* Bene mones, ignoscam Titio, ipsumque amabo.

NOTÆ.

1) h. e. quod Titius sit amicus tuus. 2) meus, seu mihi. 3) h, e. quem odio habeam. 4) secundum Christi Præceptum, Matth. 5, 44. Conf. Rom. 12, 20. & 1. Joh. 2, 9. 10. 11. 5) hostes nostri. 6) 1. Joh. 4, 10. 7) 1. Joh. 4, 19. 8) 1. Joh. 4, 11, & cap. 3, 11. 14. 15. 16. & alibi.

VOCABULA.

Irascor, iratus sum, asci, 3. zürnen.
Percutio, ssi, ssum, 3. schlagen, stossen.
Fustus, is, 3. Knüttel.
Odium, ii, 2. n. der Haß.
Impensè, sehr, heftig.

Reda-

Redamare, wieder lieben.
Complecti aliquem amore, einen lieben.
Ignoscere alicui, einem verzeihen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. Ira, dicta ab *ire*, quod à se abeat quasi, qui irascitur. *Ira est libido puniendi ejus, qui læsisse videtur.*

IX.

De animo ingrato.

A. Unde 1) accepisti novum istum librum, Nicolae? *N.* Ab avunculo meo. 2) *A.* Num ipsi gratias egisti? 3) *N.* Oblitus sum, nec opus fuit gratiarum actione. Non enim postulavit eam 4) avunculus. *A.* O ingratum hominem, qui non vult gratias agere, nisi exactas! 5) Fuitne tibi gratus liber? *N.* Fuit omnino, & adhuc est. *A.* Vide impudentiam tuam: liber est *gratus* tibi, tu vero es *ingratus* erga ejus datorem. 6) *N.* Agnosco errorem ac vitium meum. *A.* Sed ita illud agnosce, ut emendetur. 7)

NOTÆ.

1) a quo. 2) h. e. Vetter, Mutter, Bruder. 3) hast du ihm auch Danck gesagt? 4) sc. gratiarum actionem. 5) abgefordert. 6) h. e. eum, sc. tuum avunculum, qui tibi dono dedit. 7) A te, i. e. ut emendes vitium, atque inposterum non amplius sis ingratus.

VOCABULA.

Gratiarum actio, die Danckſagung.
Exigo, egi, actum, 3. wegjagen, einfordern.
Emendare, verbessern.
Dator, oris, ein Geber.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Postulare est instanter & suo quodam jure aliquid petere.

X. *De*

X.

De meledicentia.

A. Cur tam tristis incedit Valentinus? *N.* Luit pœnam linguæ. 1) *A.* Qualem habet linguam? *N.* Maledicam, quâ conviciatus est fratrem suum. *A.* Quomodo? 2) *N.* Vocavit eum Asinum & hominem nequam: reliqua convitia taceo. *A.* Fortasse par pari retulit, 3) maledictis lacessitus à fratre 4) *N.* Minimè; frater ejus neminem solet incessere probris. Neque si illum incessisset, 5) id ipsum excusaret. Nam maledictis & malefactis par pari referre, Christiana lege vetitum est. 6)

NOTÆ.

1) Er hat wegen seiner Zungen büssen müssen. 2) convitiatus est eum. 3) vielleicht hat er ihn mit gleicher Münze bezahlt. 4) postquam, vel dum fuit à fratre suo maledictis lacessitus, seu provocatus: h. e. postquam frater maledictis eum lacessivit, seu provocavit. 5) sc. conviciis. 6) Conf. Matth. 5, 38. 39. 40. 44. 45.

VOCABULA.

Luo, ui, ere, 3. büssen, bezahlen, leiden.
Lingua maledica, eine Läster-Zunge.
Convitior, atus sum, ari, schmähen, lästern.
Homo nequam, ein Böswicht, Schelm.
Reliqua convitia tacere, die übrige Schelt-Worte verschweigen.
Refero, retuli, relatum, 3. wiederbringen, erzehlen, aufzeichnen.
Lacessere aliquem maledictis, einen durch Scheltwort anreitzen.
Incessere probris, einen mit Schmähworten angreiffen.
Veto, vetui, vetitum, are, 1. verbiethen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Asinus, naturæ dedecus, ut asinum appellat Phædrus. Er war bey denen alten Orientalischen Völckern nicht in so grosser Verachtung, als heutiges Tags bey uns Teutschen, sondern es bedienten sich dessen zum reiten und fahren Vornehme und Geringe. Gen. 22, 3. Judic. 10, 4. 2. Sam. 13, 5. Daher stunden um Jerusalem herum viel Esel, die man um Fest-Zeiten vermiethete, daß sie die Reisenden sonderlich über die Berge tragen solten. Thut also dieser Umstand nichts zur Sache, wenn man die Niedrigkeit des Einzugs Christi in die Stadt Jerusalem beschreiben will. Man brauchte sie ferner zum fahren. Esai. 21, 7. zum ackern, sonderlich wo das Land leicht umzureissen war. Esai. 32, 20. zum mahlen, daher *μύλος ὀνικὸς*, Matth. 18, 6. plura, huc spectantia vide in Lex. Antiquit. sub artic. Esel.

Decuria nona.

De Cœna.

CHRISTIANUS & POLYCARPUS.

I.

De instruenda mensa.

C. Sterne mensam, Polycarpe, eamque rebus necessariis 1) instrue. *P.* Jam factum est: sed mappulæ manuales sunt immundæ, 2) nec satis conveniunt recenti seu mundiori mappæ, 3) quam mihi mater suppeditavit 4) e cista. *C.* Hæc cura esto matris: 5) modo mundi sint orbes, 6) nec negligatur appositio panis, salini ac poculorum. 7) *P.* Omnia parata sunt. *C.* Cura, ut apponantur cibi. *P.* Ecce, jam affert famulus fercula. 8) *C.* Mallem ipse esse dapifer. 9)

NOTÆ.

1) Res ad mensam necessariæ sunt *mappa, mappulæ manua-*

manuales, orbes, panis, salinum, pocula sive vitra, cochlearia, cultri cum fuscinulis. 2) h. e lintea, quibus manus tergimus. Usus ea voce est Hieronymus, Epitaphio Paulæ, sive Epist. 27, c. 13. Die Servietten sind nicht sauber. 3) sie schicken sich nicht zum frischen und saubern Tischtuch. 4) præbuit, dedit. 5 daf ur laß ich die Mutter sorgen. 6) wann nur die Teller rein sind. 7) sive vitrorum. 8) à ferendo, die Trachten, die Speisen. 9) Vel, cibos apponere. Dapifer, ein Aufträger, der die Speise aufträgt, Truchses.

VOCABULA.

De instruenda mensa, von Ausrüstung des Tisches; oder, wie man den Tisch aus- oder zurüsten soll.
Sternere mensam, den Tisch decken.
Recens, adj. erst neulich, frisch.
Negligo, glexi, glectum, 3. versäumen.
Salinum, i, 2. n. Saltz-Faß.
Poculum, i, 2. n. Becher.
Omnia sunt parata, es ist alles fertig, bereit.
Ferculum, i, 2. n. Tracht, Speiß, die man vorstellet.
Malo, malui, malle, lieber wollen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Polycarpus, h. e. valde *fertilis*, sive *fœcundus*, aut qui multa bona efficit. Conf. Joh. 15, 5. & Philip. 1, 11.

II.

De ciborum varietate.

C. Qualis est hic cibus? videtur esse crudus. 1) *P.* Erras, est coctus, seu elixus. Ego mallem assum 2) edere. *P.* Quidni 3) & frixum? scilicet pro palato tuo delicato, quod vel sola pulte contentum esse debebat. 4) *C.* Nec tantum mihi est fastidium cibi vilioris, 5) quantum mihi tribuis: 6) non recuso tamen carnem grati succi ac saporis, inprimis

primis recentem ac jurulentam. *P.* Cur non etiam fumo induratam, aut muria conditam? Quia concoctu est difficilior, & parum habet nutrimenti. 7.)

NOTÆ.

1) Sie scheinet roh, ungekocht zu seyn. 2) h. e. cibum coctum, & ad ignem torrefactum: indocti *Assaturam* vocant. 3) warum nicht auch geröstet. 4) welcher auch mit Brey allein zu frieden seyn solte. 5) ich habe doch keinen so grossen Eckel für der geringen Speise. 6) wie groß du ihn mir zuschreibest. 7) Alimenti: h. e. quia cibus est difficilioris concoctionis, & in stomacho non facile digeritur, idcirco parum habet sive adfert nutrimenti.

VOCABULA.

Varietas, atis, 3. f. Veränderung.
Elixus, a, um, adj. gesotten.
Assum edere, gebratenes essen.
Palatum, i, 2. n. der Gaumen, das Maul. Est ad palatum, es ist angenehm.
Delicatus, adj. zart, leckerhafft.
Puls, pultis, 3. f. Brey.
Cibus vilis, geringe Speise.
Tribuo, ui, utum, 3. zueignen.
Jurulentus, adj. in der Brüh liegend.
Caro fumo indurata, geräuchert, gedörrt Fleisch.
Muria, æ, Saltz-Wasser, Saltz-Brühe, Lacke; caro muria condita, Fleisch, welches lang im Saltz-Wasser gelegen; Pöckel-Fleisch.
Condio, ivi, itum, 4. würtzen.
Concoquo, coxi, coctum, 3. verdauen.
Difficilis, difficilior, difficillimus, schwehr.
Nutrimentum, i, 2. n. Nahrung.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Muria*, est *salsamentum piscium liquamine*, eine Brühe von Fischthron; Deinde etiam *salsugo marina*, Herings-Lacke: hic autem *aquam salsam* significat.

III. *De*

III.

De siti ac potu.

C. Fauces meæ jam arent siti. 1) *P.* Igitur eas riga. 2) *C.* Nemo est, qui mihi potum ministret. 3) *P.* Esto tibi ipse minister. 4) *C.* Neque adest cerevisia, nisi admodum tenuis, seu secundaria. 5) *P.* Talis potus convenit pueris, & litterarum studiis: 6) nam cerebrum haud 7) tentat aut turbat. 8) *C.* Sed acescit. 9) *P.* Mentiris: est defæcata, 10) bonæ notæ, 11) ac grati saporis. *C.* Ergo bibam cerevisiam, tantopere laudatam. 12) *P.* Ita vero, ne poculum sine respiratione exhaurias. 13) Desine, desine, 14) Christiane, ut circumagatur seu obambulet poculum, 15) & nobis quoque nostra portio supersit. 16) *C.* En! capesse. 17)

N o t æ.

1) Der Halß ist mir gantz trucken vor Durst. Areo, ui, ere, dürre seyn. 2) bibe. 3) præbeat, det. 4) warte dir selber auf. 5) Nach-Bier, Covent. 6) apta est, conveniens, schickt sich für die Knaben, und Studien. 7) non. 8) dicimus: *Vinum*, vel *Cerevisia* tentat caput, vel cerebrum, der Wein oder das Bier macht wanckend, oder taumlend, steigt in Kopff, verwirrt. 9) Cerevisia, das Bier fängt an sauer zu werden. 10) à fæcibus purgata, pura, sine sordibus, rein, lauter, von der Hefen abgezogen. 11) Cerevisia bonæ notæ, ein guter Tranck-Bier. 12) h. e. quam tantopere laudâsti. 13) daß du das Bier in einem Athem, in einem Zug, ohne Absetzen aussauffest. 14) sc. bibere. 15) circumagere, h. l. herumgehen, herum trincken; daß der Becher herum gehe. 16) daß unser Theil vor uns auch übrig bleibe. 17) sc. poculum.

VOCABULA.

Faux, melius, fauces, der Schlund, Rachen, Lufft-Röhren, Halß.

Ministrare sibi potum, sich einen Trunck holen.
Rigare, befeuchten, wässern.
Cerevisia tenuis, dünn Bier.
Obambulare, herum gehen.
Supersum, fui, esse, übrig seyn.
Capesso, pessi, (pessivi, pessui) pessum (pessitum) pessere, 3. zu- oder an die Hand nehmen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Cerevisia, potus genus ex hordeo: quod nobis, Bier, ex latino *bibere*, appellatur, ut Vossio videtur Lib. 1. de vitiis sermonis.

IV.

De fame & edacitate.

C. Cur tam avide voras, Polycarpe? *P.* Vehementer esurio: *fames* vero *optimum* est condimentum. 1) *C.* Si esuris, ede: nec vora distentis buccis, ita, ut plenos 2) ac dentibus non comminutos bolos deglutias, 3) & quidem seposito pane, 4) nec tantum cibi in os ingere 5) *P.* Sed sapit egregie. *C.* Ergo seda saporem paulatim, nec te obrue nimia ingurgitatione cibi. *P.* Morem tibi geram. 6) *C.* Vide, quam fœde te inquinaveris, 7) cibis ex ore defluentibus. 8) *P.* Abstergam me mappula. *C.* Gestus edendi mundus esto ac modestus. 9)

NOTÆ.

1) Apud Ciceronem de Finib. Lib. 2. c. 28. Germ. der Hunger ist die beste Würtze, der beste Koch. 2) gantze und noch ungekauete Bissen, Brocken. 3) verschluckest. 4) sine pane, dum panem seponis. 5) in os ingerere, ins Maul stecken. 6) ich will dir gehorchen. 7) maculaveris, wie besitch du dich besudelt hast. 8) dum cibi ex ore in vestem defluunt.

defluunt. 9) die Art und Manier zu essen soll säuberlich und bescheiden seyn.

VOCABULA.

Fames, is, 3. f. der Hunger.
Edacitas, atis, 3. f. die Freßhafftigkeit.
Avidè vorare, sehr begierig, heiß-hungerig fressen.
Vorare distentis buccis, mit ausgespannten (vollen) Backen fressen.
Sedo, avi, atum, 1. stillen.
Obruere, überladen, überschicken.
Nimia ingurgitatione cibi, mit allzuvielem Speise-verschlucken.
Abstergo, si, sum, 3. abwischen, säubern.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Edacitate*, sive voracitate; qua voce Eutropius usi & Plinius major. Mavult tamen Vossius *Edacitas*, aut *Abdomen insaturabile*, cum Cicerone V. Cellar. Antibarb. Lat.

2. *Vorare*, est cum impetu sonituque edere.

3. *Esurio*, ab esu, verbum meditativum.

4. *Distentis buccis*, *Bucca* proprie est malarum pars, quæ inflatur: *nec ambabus malis expletis vora*, ut Plautus loquitur Trinum. act. 2. sc. 4. v. 74.

5. *Ingurgitatione*, ab *ingurgitare*, quod est proprie absorbere per metaphoram cibo & potu intemperanter se obruere.

V.

De Sale.

C. Porrige salinum, Polycarpe: nam hic cibus est insulsus, seu caret sale. *P.* Mihi quidem videtur esse præsulsus, seu nimium habere salis. *C.* Certe subsulsus est, seu aliquantulum habet salis. *P.* Edamus, desinentes 1) disputare de sale, ne quis utrumque nostrum jure vocet insulsum, h. e. sapientiæ sale haud conditum. 2)

NOTÆ.

1) Et desinamus. 2) h. e. ineptum, insipientem, grob, ungeschickt.

VOCABULA.

Porrigo, rexi, rectum, 3. ausstrecken, darreichen, darbiethen.
Carere sale, kein Saltz haben.
Præsulsus, scharff gesaltzen; versaltzen.
Insulsus, ungesaltzen. grob, Massiv.
Nimium salis habere, allzuviel Saltz haben.
Subsulsus, etwas saltzig.
Aliquantulum salis, ein wenig Saltz.
Edamus, laßt uns essen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Salinum, Vasculum, quo sal mensis solet inferri.

VI.

De Ovis.

C. Quænam gallina peperit hæc ova? *P.* Nostra 1) *C.* Illane, quam heri vidimus ovis incubantem? *P.* Alia est: 2) illi vero ova ideo supposita sunt, ut inde 3) pullos excludat. *C.* Hoc videre gestio. 4) *P.* Videbis, sed nunc vide, ne, fracta testa, 4) diffluat ovi albumen cum vitello. *C.* Tu vero disce, quid significet proverbium: *mali corvi, malum ovum.* 6) *P.* Ejus sensum tibi explicabo, si mihi exposueris aliud de ovo proverbium, nempe: *ab ovo usque ad mala.* *C.* Hoc est, a cœnæ principio usque ad finem. Nam apud veteres ova incipiebant cœnam poma claudebant. *P.* Certe, *non ovum ovo est similius*, 7) quam tu bono interpreti, 8) qui ne quidem eges prioris adagii explicatione. 9)

NOTÆ.

NOTÆ.

1) Gallina peperit, seu posuit. 2) Gallina. 3) ex iis. 4) das möchte ich sehen. 5) postquam testa ovi fracta est. 6) wie der Vogel ist, so legt er Eyer; eine Eule heckt keine Nächtigall aus: Böse Eltern, böse Kinder. 7) kein Ey ist dem andern so gleich, ähnlich. 8) similis es. 9) der du nicht einmal eine Erklärung vom ersten Sprichwort nöthig hast.

VOCABULA.

Parere ova, Eyer legen.
Ovis incubare, brüten, über denen Eyern sitzen.
Suppono, posui, situm, 3. unterlegen.
Pullos excludere, jungen ausheckten, ausbrüten, junge Hüner schleiffen.
Frangere testas, die Eyer-Schalen zerbrechen.
Vitellus, i, m. 2. der Dotter.
Albumen ovi, das Weisse vom Ey.
Corvus, i, 2. m. ein Rab.
Explicare / Exponere } erklären.
Principium, ii, 2. n. der Anfang.
Incipio, cepi, ceptum, 3. anfangen.
Claudo, si, sum, 3. beschliesen.
Similis, e, adj. gleich.
Interpres, etis, 3. m. ein Dollmetscher, Ausleger.
Egeo, ui, 2. Mangel haben, dürfftig seyn.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Pulli* dicuntur recens nati, & parvi fœtus quorumcunque animalium.

2. *Vitellus* dicitur pars interior ovi, colore croceo, dicta, quod eo vivat pullus. Dicitur etiam *luteum ovi*. Nota. Partes ovi sunt quatuor, 1) *Testa*, aut *putamen*, aut *cortex ovi*. 2) *Membranula*, testam subcingens. 3) *Albumen*. 4) *Vitellus*.

Cæterum cum in ovorum mentionem delapsi hic simus, & facile circa ovorum esum erretur, operæ fortasse pretium facturus sum, si hoc loco in gratiam di-

ſcentium adſcripſero, quemadmodum ea recte ac decenter manducentur 1) *Ova manducaturus, panem conſcindito fruſtillatim prius.* 2) Nequid *præterfluat, curato.* 3) *Mature edas ovum.* 4) *Teſtas non confractas in catinum reiicito.* 5) *Inter edendum ovum non potabis.* 6) *Comeſturus thoracem (veſtem) ne commacules.*

VII.

De adventu Convivæ.

P. Accede, Chriſtiane: nondum enim te abſente 1) omnia ſunt pereſa. *C.* Ago gratias pro invitatione veſtra: fames me non exſtimulat. 2) *P.* Nihilominus adjunge te nobis convivam, 3) & ede, quantum libet. *C.* Salvete, fautores & amici! bene ſit vobis cœnantibus. 4) *P.* Et tibi, 5) nobiſcum cœnaturo. 6) Occupa hanc ſellam, aut iſtam, ubi tibi erit ſedes commodior. *C.* Gratulor mihi de veſtra ſocietate & amicitia. 7) *P.* Et tu nobis es gratus, ſed longe eris gratior, ſi expedito cultro, ipſe manum admovebis patinæ. 8) *C.* Facio, quod imperatis. *P.* Non imperamus, 9) ſed rogamus amicum 10) amicè.

NOTÆ.

1) In tua abſentia. 2) incitat, impellit. 3) ſey unſer Gaſt. 4) wohlbekomm euch die Abend-Mahlzeit! 5) bene ſit. 6) ſi nobiſcum cœnare vis. 7) ich habe mich von wegen eurer Compagnie und Freundſchafft zu erfreuen. 8) wann du ſelbſt mit dem Meſſer hurtig wirſt zur Schüſſel greiffen. 9) tibi. 10) Te.

VOCABULA.

Omnia ſunt pereſa, es iſt alles aufgeſſen.
Extimulare, anreitzen.
Adjungo, xi, junctum, 3. zuordnen, hinzuthun.
Expedire cultrum, das Meſſer fertig machen.

Quan-

Quantum libet, wieviel dir beliebt.
Fautor, oris, 3. m. Gönner.
Occupare sellam, Platz nehmen.
Commodus, a, um, bequem.
Culter, tri, 2. m. das Messer.
Admoveo, movi, motum, 2. hinzuthun, hinzutreten.
Imperare, befehlen, gebieten.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Amicus, adj. ab amando, freundlich, lieblich. Substant. notæ significationis est, *Is amicus est, qui est tanquam alter idem.*

VIII.

De cancris.

C. Restant 1) cancri, Polycarpe. *P.* Sed hi tibi non sunt destinati. 2) *C.* Ex parte 3) tamen. *P.* Credo equidem, 4) si sciveris proverbia quædam de cancris. *C. In morem octipedis procedunt omnia cancri.* 5) *P.* Video, te esse doctum, 5) immo doctiorem Sempronio. 6) *C.* Certe *cancrum lepori comparas.* 7) *P.* Immo tu doctissimus es. *C.* Quid jocaris? & cur Sempronium vocas leporem, 8) me autem cancrum? 9) Absit ista interpretatio, à re ipsa, & à mente mea aliena. 10) *C.* Sed edamus! nam loquentibus nobis dati sunt cancri. 11) *P.* Aut potius cancelli.

NOTÆ.

1) Supersunt, vel reliqui sunt. 2) ad te non attinent, pertinent, gehen dich nichts an. 3) sc. mihi sunt destinati. 4) ego quidem credo, cancros ex parte tibi esse destinatos. 55) Es gehet alles den Krebsgang. Versus proverbialis. 5) h. e. quod sis doctus. 6) i. e. doctior quam Sempronius. 7) du vergleichest einen langsamen

einem geschwinden. 8) h. e. celerem, velocem. 9) tardum. 10) quæ aliena est, h. e. quæ nec in rem ipsam, nec in me quadrat, ferne sey, diese Auslegung, welche sich weder auf die Sache, noch was ich sagen will, schicket. 11) loquentibus dati sunt cancri aut cancelli, kan heissen: die da reden, sollen nicht aus den Schrancken gehen, nicht zu viel reden; dann *cancelli, orum*, heißt sonst das Gegitter, die Schrancken. *Cancros* autem etiam appellatos esse veteribus, quos diminutive *cancellos* dicimus. Festus. Vid. Fab. Thes. Vel, pro *nam* legendum est *non*: quasi dicat, non loquentibus, sed edentibus dati, vel impositi mensæ sunt cancri.

VOCABULA.

Resto, restiti, stitum, stare, still stehen, übrig seyn.
Cancer, cri, 2. m. Krebs. Ex parte, zum Theil.
Jocari, schertzen.
Lepus, oris, 3. m. ein Haase.
Loquor, cutus sum, 3. reden.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Cancer, piscis genus testa muniti. 2) Cancer signum Zodiaci. 3. Morbus, ejusdem & generis & appellationis, der Krebs.

IX.

De Philosophica temporum interpretatione.

C. Quid didicisti hodie in schola, Polycarpe? *P.* Quid hoc ad cœnam? 1) *C.* Permultum. 2) Omnis enim cœna condienda 3) est aliqua lectionum repetitione. *P.* Didici ex conjugatione prima *Præsens*, *Imperfectum*, *Perfectum*, *Plusquamperfectum & Futurum*. *C.* Videris mihi simul philosophari, Polycarpe. *P.* Egone? *vix credo. *C.* Sin minus, 4) me audi philosophantem. *P.* En! ausculto arrectis auribus attentaque mente. 5) *C.* Omne *Præsens* 6) in hac vita est *Imperfectum*, nonne?

ne? 7) *P.* Nondum satis percipio mentem tuam, sed perge philosophari. *C.* Omne *Perfectum* & *Plusquamperfectum* 8) est *Futurum*, scilicet in vita æterna, 9) *P.* Nunc te intelligo, 10) *Philosophe.* *C.* Quæ cum ita sint 11) *præsentibus*, 12) quæ *imperfecta* sunt, ita utamur, ut frui possimus 13) *perfectis* & *plusquamperfectis*, certo futuris. 14)

NOTÆ.

1) sc. pertinet. 2) ad cœnam pertinet. 3) condiri debet. * Wer, ich? sc. tibi videor philosophari? 4) Wo aber nicht. 5) ich höre fleißig zu mit aufgereckten Ohren, und andächtigem Hertzen. 6) i. e. quod præsens est. 7) Potest referri ad præcedentem interrogationem hoc modo: *Nonne omne Præsens in hac vita est Imperfectum?* vel post interrogationem hoc modo poni: nonne? sc. ita est, ut dixi? ist dann nicht also, wie ich gesagt habe? 8) sc. quod est, alles vollkommene, und mehr als vollkommene, ist erst zukünfftig. 9) scilicet, nemlich. 10) mentem tuam, vel quid velis dicere, vel significare. 11) Weil nun dem also ist. 12) rebus. 13) ut ex perfectis & plusquamperfectis usum capere & delectari possimus. 14) h. e. quæ certo futura, vel futuræ (sc. res) sunt.

VOCABULA.

Interpretatio philosophica, eine Philosophische Auslegung.

Arrigo, rexi, rectum, 3. strecken, aufwecken.
Pergo, rexi, rectum, 3. fortfahren.
Utor, usus sum, uti, 3. gebrauchen.
Fruor, fruitus & fructus sum, 3. geniesen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Auscultabimus, quæ in auribus velut defigimus ac condimus: quæ sedulo atque attente audimus. Quare & majus est, quam *Audire*: nam & quæ leviter ad aures admittimus, *audire* dicimur.

X.

De mensa secunda, seu bellariis.

P. Surgamus, Christiane, & adstemus mensæ, 1) mox cibos seposituri. 2) *C.* Expecta parumper, mi Polycarpe. Nam video in proximo conclavi instrui patinam, 3) uvis, pomis & nucibus. *P.* Sed non pro nobis. 4) *C.* Quidni? novi animum matris, quæ nobis raro aliquid negare 5) solet. *P.* Ergo roga illam 6) demissè. *C.* Expectandum erit adhuc paulisper, donec appositum fuerit egregium illud ferculum. 7)

NOTÆ.

1) Am Tisch stehen. 2) quia mox cibos volumus seponere, mensamque tollere. 3) quod instruatur, adornetur patina. 4) sc. instruitur. 5) abschlagen. 6) matrem. 7) sc. patina uvis, pomis, & nucibus repleta: quæ bellaria vocantur, der Nachtisch, das ist, alles, was man nach der Mahlzeit aufträgt von Zucker, Kuchen, Obst. rc. rc.

VOCABULA.

Mensa secunda, der Nachtisch.
Bellaria, orum, 2. n. Nachtisch, Confect.
Surgo, surrexi, rectum, 3. aufstehen.
Seponere cibos, die Speise abtragen.
Conclave, das Gemach.
Instruere patinam uvis, eine Schüssel mit Trauben ausrüsten.
Quidni? warum nicht?
Apponere egregium ferculum, eine herrliche Tracht, Schüssel, auftragen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Conclave* est separatus locus in interioribus tectis; secundum Donatum ad Terent. Eunuch. act. 3. sc. 5. v. 35. à *Clavis* dictum, ut vult *Festus*: quod *Conclavia una clave* clauduntur.

2. *Pati-*

2. *Patina* dicta quasi *patena*, à *pateo*. Columella: quod sit repanda.

Decuria decima.

De Rebus Cœnam insequentibus. 1.)

PÆDAGOGUS & DISCIPULUS TIMOTHEUS.

I.

De Cantione.

P. Porrige mihi librum cantionum, Timothee. *T.* Quem in usum? *P.* Ut canamus. Solemus enim precibus, quibus Deo gratias agimus pro cœna, addere unam atque alteram cantionem. *T.* Ego nondum possum canere. *P.* Discendum est 2), quod nescimus. Ipsi Angeli 3) suo exemplo nobis Musicam commendarunt. *T.* Quando? 4) & quomodo? *P.* Nonne audivisti angelicam illam cantilenam; *Gloria in excelsis Deo?* 5) *T.* Probè novi: & operam dabo Musicæ, 6) quia tanta ejus est præstantia. 7)

NOTÆ.

1) Von Sachen, die aufs Nacht-Essen folgen. i. e. quæ cœnam insequuntur. 2) sc. nobis: h. e. nos oportet, vel debemus discere. 3) Cicero vocat Genios. 4) nobis Musicam commendarunt. 5) Luc. 2, v. 14. Ehre sey GOtt in der Höhe! 6) Ich will mich der Music, der Sing-Kunst befleißigen. 7) tam præstans sive excellens est.

VOCABULA.

Insequor, cutus (quutus) sum, insequi, nachfolgen, auf das vorhergehende.
Liber cantionum, ein Gesang-Buch.
Precibus addere cantionem, nach dem Gebeth singen.
Addo, didi, ditum, 3. hinzuthun.

Probe

Probe novi, ich weiß, kenne ihn wohl.
Tantus, a, um, so groß.
Præstantia, æ, f. Fürtrefflichkeit.
Nescio, scivi, scitum, 4. nicht wissen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Pædagogus*, παιδαγωγὸς, cui ducendi & regendi pueros provincia tradita est.

2. *Musica* capitur omne, quod vivit, quia Anima cœli est; & studium Musicum pro studio universæ sapientiæ & Deorum opere à Pythagora & Platone habetur. Maxima est hæc disciplina (Musica) & ingeniosissima, à paucis rudibusve viris (si qua alia) tractata; Cardanus.

Non male scripsit ille, quicunque Musicam de se ipsa versibus loquentem finxit, apud Camer.

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectrô,
Dira, cruenta, feros, tartara, monstra, viros:
Languentes relevo, morituros excito, mœstos
Erigo, pallentes munio, vinco Deos.

II.

De lectione sacri codicis.

P. Ubi substitimus 1) heri in lectione scripturæ sacræ? *T*. In fine capitis quarti sancti Evangelistæ Johannis. *P*. Vix credideram, te notasse caput. 2) *T*. Non solum illud 3) notavi, sed etiam plurima, quæ circa illud monuisti, 4) adhuc memini. *P*. Pergemus nunc ad caput sequens legendum 5) cum epitome præmissa. 6) *T*. Totum ne legam? 7) *P*. Omnino, & quidem voce clara, tarda, atque distincta, 8) mente vero attenta ac pia.

NOTÆ.

1) Wo sind wir geblieben. 2) h. e. quod notaveris. 3) caput. 4) sondern auch das Mehreste, was du bey demselben erinnert hast. 5) quod legi debet. 6) h. e. compendio,

dio, seu argumento, quod capiti huic quinto præmittitur. 7) caput quintum. 8) mit einer deutlichen vernemlichen Stimme.

VOCABULA.

Sacer codex
Scriptura sacra } die Heil. Schrifft.
Epitome, der kurtze Innhalt, Begriff.
Præmittere, vorher senden.
Tardus, a, um, adj. langsam.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Codex*, liber, & quod scriptura constat, dicitur: antiqui enim in tabulis, scribebant; & plurium tabularum contextus.

2. Si fructum ex scripturæ sacræ lectione vis percipere, submisse, simpliciter, fideliter legito, neve scientiæ nomen unquam affectato, inquit Thom. à Kempis.

III.

De ambulatione.

P. Tempus est eundi cubitum, 1) Timothee. *T.* Vix audita est hora octava. *P.* Erras, mox audietur nona. 2) *T.* Permitte, quæso, ut usque ad nonam 3) hic maneam apud matrem. 4) *P.* Ut discursare possis. Novi enim morem tuum 5) petulantem. *T.* Absit à me omnis petulantia. Tantum meabo 6) paululum, memor sententiæ, 7) quam nuper in schola discebamus. *P.* Cujus? 8) *T. Post cœnam stabis, aut passus mille meabis.* *P.* Sufficere possunt 9) ducenti. 10)

NOTÆ.

1) Ut eamus cubitum, i. e. dormitum. 2) Hora. 3) horam. 4) meam. 5) consuetudinem tuam, deine Manier, deinen Gebrauch. 6) ich will nur ein wenig auf und nieder gehen. 7) eingedenck des Spruchs. 8) sententiæ? 9) satis esse. 10) sc. gradus.

VOCA-

VOCABULA.

Ambulatio, onis, das Spatzieren gehen.
Cubitum ire, schlaffen gehen.
Hora octava audita est, es hat 8. Uhr geschlagen.
Permitte sc. mihi, erlaube mir.
Maneo, mansi, mansum, 2. bleiben.
Mos, moris, 3. m. der Gebrauch.
Petulans, antis, 3. o. muthwillig.
Absit à me, ferne sey von mir.
Passus, us, 4. m. ein Schritt.
Sufficio, feci, fectum, 3. genug seyn.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Passus, us, mensura, *passus simplex*, qui pedes duos & semipedem continet, ein Schritt, *Passus Geometricus*, qui pedes quinque continet, ein Maß 5. Schuhe lang.

IV.

De repetitione.

P. Para te ad repetitionem, Timothee. *T.* Putabam eam hodie omissum iri. 1) *P.* Nunquam omittenda est. 2) Nam crebra repetitio 3) est quasi anima studiorum. 4) Nec eam detrectabo; 5) non poterunt tamen omnia repeti. 6) *P.* Neque hoc postulo. 7) Sufficiat 8) recognovisse singula summatim. *T.* Non invenies me imparatum 9) *P.* Id experiar. 10)

NOTÆ.

1) Quod hodie repetitio fuerit omissa. 2) Repetitio debet omitti. 3) Frequens & quotidiana. 4) vel *mater*, ut supra loquitur Decur. 4. Colloq. 6. 5) recusabo. 6) quæ didicimus. 7) sc. ut omnia repetamus. 8) es mag genug seyn. 9) sc. ad repetitionem, repetendum. 10) num ad repetitionem te inveniam paratum.

VOCABULA.

Parare se ad repetitionem, sich zur Wiederholung fertig machen.

Omitto,

Omitto, si, ssum, 3. unterlassen.
Creber, bra, brum, adj. offt.
Recognosco, novi, cognitum, 3. wiederum erkennen, betrachten.
Summatim, adv. überhaubt, kürtzlich.
Imparatus, a, um, adj. unbereit, ungerüstet.
Experior, expertus sum, iri, 4. erfahren.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Repetere sua studia, est, redire ad studia intermissa.

V.

Aliud ejusdem argumenti.

P. Quid retinuisti 1) è lectione sacra? 2) *T.* Inter alia recordor è Matthei capite tertio, 3) illa Johannis Baptistæ 4) verba: *Agite*, inquientis, 5) *pœnitentiam: nam appropinquavit regnum cœlorum.* *P.* Quomodo interpretatus sum vocem *pœnitentiæ*? *T.* De mentis nostræ immutatione ac renovatione. *P.* Efficiat Deus, ut experiaris re ipsa, quod nuda tenes notitia. 6) Quid è Grammatica & aliis lectionibus observasti? *T.* Permulta, 7) crede mihi. *P.* Non sum tam credulus, 8) antequam probaveris 9) diligentiam tuam. *T.* Eam tibi satis probabo, &c.

NOTÆ.

1) sc. memoriâ. 2) sacræ scripturæ, seu Bibliorum 3) Vers. 2. 4) Vox Ecclesiastica. *Baptismus, baptisma, baptista*, omnia bene ex Græcismo deducta, sed extra usum Latini populi. *Baptismus, sanctissimum lavacrum*, quo utitur Scaliger, cum aliis lautioribus non repudio; dicit Gcclen. Observ. Ling. Lat. p. 52. 5) qui inquit. 6) was du im blossen Wissen hast. 7) Observari. 8) h. e. qui facile credit. 9) ehe du wirst dargethan, bewiesen haben.

VOCA-

VOCABULA.

Retinere aliquid è lectione sacra, etwas aus der Bibel behalten, im Gedächtniß behalten.

Agere pœnitentiam, Busse thun.

Regnum cœlorum appropinquavit, das Himmelreich ist herbey kommen.

Interpretari vocem pœnitentiæ, das Wort Busse auslegen.

Efficiat Deus, GOtt gebe!

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Grammatica, γραμματική, quam *literaturam* Quinct. vocat, & *Grammatica*, *Grammaticorum*. Habeant in promptu adolescentes doctorum & magnorum virorum testimonia, quibus se ad studium diligens & fidele Grammatices semper exsuscitent, sine quo, ne umbra quidem eruditionis alicujus existere potest.

VI.

De precibus vespertinis.

P. Posthac repetamus plura: repetitioni succedant 1) preces. *T.* Quales? 2) num ex præscriptis formulis, 3) aut ex libero animi affectu, 4) verbis citra præmeditationem 5) conceptis seu probatis? 55) *P.* Utinam orare posses modo posteriori, 6) qui sæpe melior est priore. 7) *T.* Rursus tentabo, sicut alias facere consuevi. *P.* Consuevisti, 8) quod non omnino approbo. Non enim consuetudo, sed intimus animi affectus nos ad preces impellere debet.

NOTÆ.

1) Debent succedere. 2) preces. 3) *Ex codicibus precum.* ut Erasmus vocat. Colloq. p. 493. vel *libris precatoriis*, ut Ph. Camerarius Hor. Succisiv. Cent. 3. c. 10. p. 31. etwa aus einem Gebeth-Buch. 4) aus einem freyen Gemüths-

Gemüths-Trieb. 5) fine præmeditatione: a Præmeditari, h. e. ante cogitare. 55) h. e. prout concepta feu prolata funt, wie fie vorgefchrieben find. 6) Verbis, fine præmeditatione conceptis. 7) quam prior modus orandi, fc. ex præfcriptis formulis: quales nobis præfcripfere, in omnibusque vulgi hodie manibus funt Joh. Haberm. Theophilus Neubergerus, aliique bene multi. 8) fc. inquis.

VOCABULA.

Preces vefpertinæ, das Abend-Gebeth.
Succedere, 3. folgen.
Citra præmeditationem, ohne vorher bedacht.
Concipio, cepi, ceptum, 3. empfangen, sich vornehmen. Præmeditari, 1. dep. sich vorher bedencken.
Profero, tuli, latum, 3. hervor bringen.
Tentare, versuchen.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Precis, prece, ab antiquo prex, preces, precum, precibus, Bitt, Gebeth. *Preces Thyeftea,* execrationes funt, & diræ imprecationes, quales Thyeftes in fratrem Atreum, qui trucidatos filios pro cibo Thyefti appofuerat, iratus effudit, ap. Horat. Epod. V.

VII.

De exuendis veftibus. 1)

P. Sine mora exue veftes, Timothee. *T.* Exuam, 2) ut præcipis, & quidem celeriter, urgente fomno. 3) *P.* Efto autem fimul memor dicti Paulini: *Exuite veterem hominem.* 4) *T.* Sed quid eft homo vetus? *P.* Homo vetus, ut fæpe audivifti, eft naturæ noftræ labes, 5) à prima noftra origine attracta: 6) hæc magis magisque 7) exuenda eft. *T.* Sed quomodo, 8) inprimis fub noctem? 9) *P.* Ita, ut in Confcientiæ examine exploremus præteriti diei acta, 10) variaque noftra errata 11) &

ea serio emendemus. *T.* Quomodo autem fit ea emendatio? 12) *P.* Vera agnitione, 13) demissa deprecatione, & serio proposito emendationis. 14.)

NOTÆ.

1) De vestibus, quæ exui debent. 2) sine mora vestes. 3) dum me somnus urget, weil mich schläffert. 4) Ephes. 4, 22. 5) Vitium, der Verfall, die Verderbniß. 6) h. e. quam à prima nostra conceptione & nativitate, à primis parentibus nempe, hæreditario quasi jure accepimus & attraximus. 7) je mehr und mehr. 8) hæc labes exuenda est? h. e. quomodo peccata nostra sunt fugienda? 9) bey der Nacht. 10) h. e. quid præterito die mali egerimus. 11) peccata. 12) erratorum: i. e. quomodo autem peccata, seu vitam, emendamus & corrigimus. 13) sc. peccatorum. 14) vitam emendandi.

VOCABULA.

Urgeo, ursi, ursum, 2. drücken, pressen, anhalten.
Memor dicti Paulini, Pauli Spruchs eingedenck.
Attraho, xi, ctum, 3. an sich ziehen.
Explorare præteriti diei acta, was man den vergangenen Tag gethan hat, erforschen.
Deprecatio demissa, eine demüthige Abbitte.
Serium propositum, ein ernstlicher Fürsatz.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Labes, is, quodlibet vitium dicitur, quod aut deformat rem; aut corrumpit, & suo de statu dejicit. Nam à *labendo* seu *lapsu* dicitur.

VIII.

De lecto.

P. Conferte in lectum, 1) tanquam ad lethum. *T.* Quid significat lethum? *P.* Mortem. *T.* Putasne, me hac nocte moriturum esse? 2) *P.* Non quidem

quidem hoc arbitror, fieri tamen potest, ut moriaris. *T.* Ego potius dormiam. *P.* Sed somnus est mortis imago. *T.* Fortasse respicis versiculum: 3) *Stulte, quid est somnus 4) gelidæ nisi mortis imago.?* *P.* Hunc 5) ipse respice, mortemque ac sepulchrum tuum meditare: sic non eris stultus, sed sapiens.

NOTÆ.

1) Begib dich zu Bett. 2) quod hac nocte sim moriturus? 3) Ovidii, Lib. 2. Amor. Eleg. 9. v. 41. 4) versiculum. 5) auf den magst du selber sehen.

VOCABULA.

Lethum, der Tod.
Mors gelida, der kalte Todt.
Meditari sepulchrum suum, offt an sein Grab gedencken, offt sein Grab betrachten.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Lethum*, sive letum: utroque enim modo scribitur inquit Fabr. Thes. h. v. *Ego* lethum *à Græco cum Calepino scribo*, ait Jesuita Balbinus, Verisimil. Human. Disciplin. cap. 4. p. m. 6. Scilicet à Λήθη, ut Varro putat: Sed Priscianus à supino verbi Leo, Letum deducit: id est *mors*, *quod deleat* & *extinguat vitam hanc mortalem*. Vid. Becman. Origg. L. L. p. 456.

2. *Somnus, mortis imago*; Ut Cicero appellat, Lib. 1. Tuscul. cap. 38. *Somnus ut est mortis, sic lectus imago sepulchri.*

3. *Sepulchrum*; Rectius *sepulcrum* sine H. *sepulchrum* (inquit Roder. Goclenius Lib. 2. Problem. Gram. 45. p. 100) *refutat Analogia.* *Ut enim* involucrum & Ambularum; *sic &* sepulcrum *&* simulacrum. Nimirum *à sepultu: locus in quo aliquis sepelitur*: vel (ut definit Labeo I. locum 2. ff. de religios.) *ubi corpus ossave hominis condita.*

IX.

De nocte.

P. Composuisti te ad somnum? 1) *T.* Utique 2) me composui. 3) *P.* Ergo obdormisce: mox extinguetur 4) candela. *T.* Sic atra nox me terrebit. *P.* Non habebimus noctem obscuram, sed sublustrem. 5) *T.* Ego nihilominus terreor. *P.* Cape somnum oculis, & timorem Dei, fiducia plenum, animo: Sic nullus erit 6) terror tenebrarum.

NOTÆ

1) Hast du dich zum Schlaff geschickt und fertig gemacht? 2) Adv. affirmandi: ja freylich. 3) ad somnum. 4) Rectius *extinguetur*: Nam composita rectius integra scribi, *supra* Decur. 9. Colloq. 10. notavimus. 5) h. e. aliquid lucis habentem, etwas licht, hell. 6) Tibi.

VOCABULA.

Obdormisco, ivi, 3. entschlaffen.
Extinguo, xi, nctum, 3. auslöschen.
Atra nox, die schwarze Nacht.
Terreo, ui, itum, 2. einen Schrecken einjagen.
Tenebræ, arum, 1. f. plur. Finsternuß.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

Tenebræ, caligo, privatio luminis. *Tenebræ crassæ. Primis tenebris movit*, er ist bey angehender Nacht aufgebrochen. Liv. 2) Tenebræ, pro cujuscunque rei obscuratione usitatissima est Metaphora, ut, offundere tenebras alicui rei, etwas verdunckeln.

X.

De Custodia Angelorum.

P. Quid te adhuc jactas in lecto, inquiete? 1) *T.* Fortasse ducam hanc noctem insomnem. 2) *P.* Qua

Qua de causa? 3) *T.* Metus mihi adimit somnum. *P.* Quid metuis? *T.* Tenebras, imo mures & spectra. 4) *P.* Omitte istum metum, 5) nam vanus est; habes sanctos Angelos custodes. *T.* Ubi sunt? eos non video. *P.* Nec possunt videri, tamen revera ad sunt, & pro nobis agunt excubias. *T.* Experiar, an capere possim 6) somnum. *P.* Quiesce placide. 7) *T.* Ego tibi quoque, carissime Præceptor, placidam noctem apprecor. 8)

NOTÆ.

1) Warum wirffst du dich noch im Bett herum, du Unruhiger? 2) die Nacht schlafflos zu bringen. 3) wegwegen. 4) metuo. 5) laß diese Furcht fahren. 6) ich wills probiren, ob ich schlaffen kan. 7) ruhe sanfft. 8) ich wünsche ihm ebenfalls eine leichte Nacht.

VOCABULA.

Adimo, emi, emtum, 3. benehmen.
Spectrum, i, 2. n. Gespenst.
Excubias agere, wachen, die Wacht halten.
Carissime Præceptor, mein allerliebster Lehrmeister.

DICTIONES ENUCLEATÆ.

1. *Spectrum* dicitur à *specio*: ut *scalprum* à *scalpo*. Εἴδωλον sive *Terriculamentum*. Dæmonum species ex Anima humana, quæ ob admissa, nec expiata scelera, nondum recepta, apud inferos, incerta vagatione quasi exilio puniretur, ut nonnullorum opinio est.

Theologi accipiunt spectrum pro substantia incorporea: quæ conspectu vel auditu hominibus terrorem infert. Vid. Lavaterus de spectris, Lib. I. c. 1.

2. *Angeli.* Angelus, ἄγγελος, officii vel ministerii nomen est, non substantiæ, significans nuncium. Inde transfertur ad spiritus illos bonos, interpretes voluntatis divinæ, datosque custodes humano generi.

In quovis angulo reverentiam habe tuo Angelo, sagten die lieben Alten: In allen, auch heimlichen Winckeln scheue die Gegenwart deiner von GOTT dir verordneten Engeln.

Quæritur, an unicuique Angelus tutelaris sit datus? Resp. non unus, sed plures. Vid. Hoburg. Part. 1. Myst. F. 2. Nativ.

3 *Excubiæ* dicuntur diurnæ, & nocturnæ vigiliæ.

F I N I S.

[illegible] 25